qr quelibet pars ecclesie est congregatio fidelium ideo vocatur ecclesia. sed absolute loquendo unica est ecclesia. Hinc sequitur quod nostra ecclesia non est [illegible] unica quia post adventum christi quae ante adventum christi erat unica spiritualiter quoad fidem spem et charitatem at vero externe non erat una congregatio sub eodem praelato et eisdem sacramentis sed sub diversis. quia Iudei habebant circumcisionem et erant sub suo pontifice. gentiles vero quamvis poterant etiam salvari extra populum iudeorum non habebant illorum sacramenta neque praelatum. At vero nunc ecclesia nostra ex populo Iudeorum et ex populo gentilium facta est una ecclesia sub uno pastore. Sicut dixit christus alias oves habeo quae non sunt [illegible]. et erit unum ovile et unus pastor. et sic christus fecit utrumque unum

Ex his sequitur integra descriptio ecclesiae. Ecclesia Catholica romana est congregatio fidelium sub una fide sub eisdem sacramentis sub uno capite christo in celo et sub uno eius vicario scilicet Romano pontifice in terra / quicumque autem extra istam congregationem est non est in ecclesia christi sed in sinagoga sathanae non est in hierusalem sed in egypto et babilonia. in tenebris et confusione.

Ex hac definitione sequitur contra hereticos quod sicut habemus ecclesiam visibilem et pontificem visibilem Item etiam habemus templa visibilia. quae appellantur ecclesiae. ac [illegible] tero. habemus etiam sacrificium visibile. Item cultum visibilem et sacerdotes visibiles. Item laudes dei et cantica sensibilia Item habemus leges positivas sensibiles et audibiles. et reliqua omnia quae profitemur contra hereticos lutheranos qui [illegible] omnia in invisibilia. Sequitur etiam quod debemus et possumus habere cultum visibilem ad exercitia [illegible] fidei. De his fundamentis praesertim de unitate capitis ecclesiae in tractatu de clavibus. q. 17. ar/10. [illegible] lib. de [illegible] ecclesiae

Lib. 1. c. 2. 3. 4. et 5. et sequentibus. His suppositis.

Est Dub.m Praecipuum circa literam ar. quae sit certa reg.a

Sequunt. 4. regulae infalibiles circa res fidei

requirede dicitur ut non erremus in fide catholica. Sive aliter quaerit quid debeamus colligere symbolum et articulos fidei sine ullo errandi. Sit. 1.a prop.o et reg.a sc.

Sacra scrip.a est p.a regula fidei quae neque errat neque errare pot. Hoc pz. ex ipsamet scrip. Eclesiast. 24. dicit. haec omnia liber vitae testamenti altissimi et agnitio veritatis, reliquae aut scrip.e non eo nomine possunt dare agnitionem salutaris et fidei nisi veritatis. Item christus dixit. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum ut testimonium veritati. Ipse aut est Author scrip. ergo et. Item 2. timoth. 3. omnis scrip.a divinitus inspirata utilis est ad quod si esset falsa non esset utilis. Item 2 petri 1. narrando petrus illam visionem quam vidit in transfiguratione christi. dicit et hanc vocem nos audivimus de caelo allatam et subdit et habemus firmiorem propheticum sermonem et subdit hoc scientes quod omnis prophetia scrip.e propria interpretatione et. hoc intelligitur de tota scrip.a sacra. Ex quo loco colligitur. Divinas scrip.a est accepta immediate ex revelatione quasi S.S. immediate dictante quam in illa nulla pot esse falsitas. antis pz. ex isto testimonio Petri. et ex conciliis et sanctis patribus. quod est evidens. Ista regula. secundum divinam scrip. acceptant omnes et heretici. Sed illi peccant quod excessum non tenentes. Multum dicunt n. quod in rebus fidei sola ista reg.a est tenenda. et sic est dogma lutheranorum. quod solitudo dei est ad sese. et non per ipsa ab definitionibus. Sed hoc est haeretica

si p verbū dei intelligit solū sacrā scripturā. qr ēt
p traditionē habemus aliqua de fide. quae ēt sunt ex verbo
dei non quae ē scripto in scrip. sacra. s. dum [illegible] ecclesię.
Hoc. definitū est. concil. trid. ses. 5. [illegible] ubi
definit qd traditiones eccl̄ie sunt recipiende sicut ipsa
sacra scrip. Hoc ēt Paul. docuit. 2. ad thesaloni.
c. 2. dicit state in fide et tenete traditiones quas didi-
cistis sive p sermonē sive p epistolā nostrā. ac si dixi-
sset tenete traditiones quas didicistis sive p scripturā
sacrā sive p sermonē ex ore meo. debemetes. Itē
1. corin. 11. cetera cū venero disponā. s. tobib. et
Joan. ult. Multa alia signa fecit Jesus quae non sunt
scripta in libro hoc. et ēt Multa alia dixit. vid.
ēt. c. in Marte. de celeb. Misa. et vi. in 2. con
cil. niceno. traditiones ecclesiasticas. ex [illegible] valde
traditiones patrū. et Antonius Abbas exortatur [illegible]
suos discipulos ut tenerēt traditiones patrū.

Ad. 2.º est falsa illa reg.ª hereticorū qd solū verbū dei est ad-
ę. d[illegible]. si intelligant qd nullus alius est iudex in rebus fidei prae-
ter sacram scripturā. qr sine dubio alia est reg.ª praeter sacrā
scrip. P. qr ecclesia est quae definit quae sit sacra scrip. et quae
nō. qr ipsa scrip. est Mortua et nō loquitur nobis neq dicit ego sū
a deo. s. sic debeo intelligi in sic ecclesia ita dicit. Inde ipsimet
heretici tenēt euang.m Joanis esse scrip. sacrā et nō euang. bar-
tolomei. qr ecclesia ita dicit. Unde n. aliaun[illegible] sat luteranus
successit libro[illegible] canonicum illum ut nō. P. qr in sensu et intellige-
ntia scrip.ᵉ sunt diversae opiniones inter catholicos ipsos. et inter
illos et herecticos. Ergo necesse est praeter scripturā habere aliū
iudicē animati ad quē sit [illegible] fugiēdum in istis diversis intel-
ligentiis scrip.ᵉ ut sic p sit verū qd fides est ex auditu.

Arrius n. dicebat filium esse minorem patre. alij aliquando dicebant esse equalem. at quomodo ille ipsi adducunt scripturam sacram. debemus praeter ipsam scripturam alium habere iudicem. atque Christus non sufficienter prouidisset de necessarijs ad salutem. quod praeter sacram scrip. necesse est ponere aliam .l. alios regulam infallibilis veritatis. Unde est

2. q. Ecclesia vniversalis non pot errare in rebus fidei aut definiendis aut credendis. volo dicere quod non solum per fidem infusam non credit aliquod falsum quod probatum est. s. ar. 3. sed dico quod nullo modo Ecclesia vniversalis neque per fidem infusam neque acquisitam pot credere aliquid tanquam de fide quod tamen sit falsum. Un quod ecclesia putet aliquid esse de fide quod sit falsum. Ista q. est omnium catholicorum Imo et heretici conueniunt in illa. quod illi credit quod sua ecclesia non errat. Prob. ista q. Ex verbis Christi. Math. ult. ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad. Ite Joan. 14. ego rogabo patrem et alium paracletum dabit uobis ut maneat uobiscum in eternum. et Joan. 15. et 16. idem habet. Ista tamen promissio non finita est in Apostolis sed ad nos etiam spectat qui dicit in eternum. Ite Joan. 17. Christus rogauit pro ecclesia. Pater serua eos quos dedisti Mihi. et ait non tantum pro eis rogo sed pro his qui credituri sunt per verbum illorum in me. Ite 1. timot. 3. hec scribo tibi fili timothee ut scias quomodo sit oportet in domo dei quae est ecclesia dei uiui columna et firmamentum veritatis. Ite est ar. fidei. Credo sanctam ecclesiam. at quomodo si haberet errores contra fidem non esset sancta. Item Math. 16. Christus dixit Petro super hanc petram edificabo ecclesiam Meam et porte inferi non preualebunt aduersus eam. ecce edificata est ecclesia super petram confitentem siue super illam confessionem veritatis. quod super tali veritate non edificabitur Mendacium sed ueritates. At tamen si in ecclesia esset error Mendacium fundaretur supra firmam petram. Ite dicit et porte inferi. s. heresis non preualebunt

preualeret aut potestates inferni cõtra ecclesiã si ipsi induceret
qui diabolus est pater mendacij. nõ n. intelligit l. nõ preualebit. i.
nõ erunt peccata mortalia in ecclesia: quod ut dixi mag. hoc falsum est.
sed intelligit quod nõ preualebunt cõtra totam ecclesiam ita quod tota ecclesia
sit in peccato. l. tota habeat errore

3. q°. Conciliũ generale rite cõgregatũ et cõfirmatũ legiti
ma authoritate etiã nõ pot errare in rebus fidei et etiam in rebus
pertinentibus ad bonos mores. Dicit aut cõciliũ generale quod
cõstat ex primoribus ecclesie. dicit aut legitime cõgregari qui
cõgregatur authoritate põtificis. dicit aut cõfirmari quãdo
authoritate eiusdem põtificis cõfirmatur decreta et definitiones ipsius
cõcilij. Istud q°. sic explicata est ipse defendere et oppositum
est heresis imo est initium et fundamentum omnium heresum. Istam q.
tenent oes catholici cõcordi sententia. Dixi aut quãdo est cõfir
matum quia si nõ sit cõfirmatum adhuc est sub opinione utrum habeat
infallibilem veritatem. Attamen si sit iam cõfirmatum nullus dub
itat neque pot dubitare. hoc est quod s. Th. asseruit in
hoc ar. presertim solutione ad 2.

Cõtra istam q. tenent oes heretici l. formaliter l. interpreta
tive. qui heretici scindunt et separant ab ecclesia et per consequens ad infini
tum et aliqui etiam hominibus ecclesie et sic negant authoritatem cõciliorum. et
si error nõ erat definitus in cõcilio bene tamen sunt nolunt heretici
stare definitioni cõcilij. Ita fecerunt oes heretici apud nos
catholicos Ecclesie. et sic Luther erat apud nos heresis ut dici poret
omnes dixit quod staret definitioni cõcilij. postea tamen cum videret
cõgregari cõcilium. negabat eius authoritatem et dixit quod solus
index veritatis fidei est verbum dei et scriptura et nõ cõcilium aut
Est q. heresis damnata tamen lutherana. est Art. luth.
27. 28. et 29. apud Roffensem
Conclus. q. nostra catholica. probatur ex usu et traditione
ecclesie apud nos catholicos usque nunc. qui cõtra oes heresiarchas

fuit vnicũ remediũ cõgregare cõciliũ & definire veritatem.
Hoc pz. Act. 15. fuit cõtentio inter fideles vtrũ legalia
essent servanda necne quidã dicebãt q nõ quidã quod sic. Re
medium fuit vt paul cũ barnaba ab antiochia venirent Hiero
solimã & cõgregatũ est cõciliũ & definitũ est in hũc modũ
Visũ est SS. & nobis &c. eadẽ ratione est sententia cõcilij & SS.
ergo cõciliũ errare nõ pt. 2. Math. 18. si duo ex vobis cõsen
serint &c. & postea dicit vbicũq fuerint duo vel tres in nomine
meo ibi sum in medio eorũ. ergo multo magis vbi fuerit cõgrega
ta multitudo Ministrorũ dei. quæ cõgregatur verissime & pro
prissime in nomine christi. i. cũ authoritate christi. quæ s. con
gregatur cũ authoritate pp. Dup. n. aliq dicitur cõgregari in no
mine christi. 1°. qu cõgregatur ratione ad finẽ aliquẽ bonũ
in rebus fidei. & isto pacto quicũq fideles possunt cõgrega
ri in nomine christi. sic & possunt facere bona opera in nomi
ne christi. At tamen isti sic cõgregati nõ habent infallibilẽ verita
tẽ. 2°. possunt cõgregari in nomine christi. i. cũ authori
tate christi sicut Praetor dicitur facere aliquid nomine Regis
& isto m° qu cõgregatur episcopi in cõcilio authoritate pp.
cõgregatur in nomine christi. i. authoritate christi. Et hinc
ait christus sum in medio eorũ sum. Non solũ vt nõ errent
practice. s. peccãdo. sed maxime vt nõ errent in fide defi
niẽdo. Hoc et pz. authoritatibus citatis in precedenti. q.
& et authoritatibus q. 67. 6. ar. 1. probavimus q ecclesia habet
habet infallibilẽ veritatẽ in proponẽdis rebus fidei. &
Prob. 3. q cõciliũ vnitũ sale repræsentat ecclesiã vni
tã simul. ergo sicut ecclesia vnita simul errare nõ pt neq
et cõciliũ. Minor nota. et ratio nulli q qu in comicijs
cõgregatur procuratores regni certũ est repræsentare
ipsũ Regnũ. & ita appellant Regnũ. & quidẽ

illi ordinarie tenet acceptionem totius Regni. Ergo similiter prio-
res ecclesiae congregati in concilio repraesentant totum regnum. ?
R. conf. quia impossibile est quod tota ecclesia secundum omnes eius par-
tes conveniret in unum cum sit sparsa per totum orbem ergo necesse
est quod aliqui ex ecclesia possint congregari cum authoritate
totius ecclesiae. Vocatur sicut in concilio generali quod in se continet
generale repraesentat universam ecclesiam. Sicut enim est
vox omnium in consilio. Concilium tamen legitime congregatum
universam ecclesiam repraesentans est. Minor autem patet ex dictis.
Ultimo probatur quia ut diximus contra lutheranos. Necessa-
rium est quod sit aliqua certa regula praeter scripturam in
determinandis rebus fidei et morum. Sed nulla alia commodior
est quam concilium generale ergo. Maior patet ex dictis. Minor
et patet quia quae potest esse regula certior? omnes enim particulares
homines errare possunt. Item concilia provincialia possunt
et extra totam ecclesiam secundum omnes partes non potest congregari. Et
si posset. esset nihilominus regula imperfectissima quid enim pro-
dessent iudicare de rebus fidei. cerdones agricolae etc. Ergo nulla
est commodior regula nisi quod congregentur episcopi et doctiores
ecclesiae qui collatis scripturis et praeviis disputationibus
definiant veritates ergo. Et confirmatur quia aliter non sufficienter
Christus providisset ecclesiae. Probatur authoritatibus in confirmatione.
ex deuteronomio. 17. si difficile etc. si ergo hoc fuit in vete-
ri testamento. Multo melius in novo.

Hic esset tractandum quomodo concilia sint congreganda et an
confirmanda authoritate papae. sed hoc tractabitur inferius.
Sed contra ea quae diximus sunt Argumenta hereticorum. Et est
1m Argumentum. quia illi qui congregantur in concilio sunt homines qui possunt
falli et fallere. sunt etiam peccatores attento ut dicitur Sapientiae 1.
in malevolam animam non introibit Spiritus etc. et illud Spiritus sanctus disciplinae

cum quamvis sint peccatores effugit ab illis Spiritus Sanctus. Et sic errare possunt. Maxime quia pauci sunt inter illos qui habeant scientiam Scripturarum. Respondeo. Imo quod Spiritus Sanctus illis assistit sicut Christus dixit Petro Matth. 16. ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua. Sicut enim Mali sacerdotes conficiunt vera sacramenta et conferunt gratiam licet ipsi careant illa quia sunt habent potestatem ordinis et servant formam ecclesiae Christi. Ita etiam illi qui sunt congregati in concilio licet sint peccatores quia habent potestatem a Christo si servant formam definiendi non possunt errare. quia atque illis errantibus tota ecclesia erraret. quia ecclesia tenetur sequi sententiam patrum.

2m. Arg. hereticorum est. quia ecclesia et papa usurpant sibi hoc iudicium in definiendis rebus fidei cum possunt errare sed. probatur quia si illi usurpant iudicium non est quare Spiritus Sanctus assistat illis. antecedens probatur. quia hoc iudicium pertinet ad totam ecclesiam et non solum ad illos. Ad hoc iam discimus quod non solum est hereticum sed etiam stultissimum dicere quod hoc pertineat ad totam ecclesiam scilicet etiam ad cerdones et agricolas. 2o dico quod potestas ecclesiastica non est collata immediate omnibus fidelibus pertinentibus ad ecclesiam. sed solum Apostolis et eorum successoribus Praesertim Petro et eius successoribus. Unde sicut isti habent potestatem ordinis non a communitate totius ecclesiae sed a Christo ita etiam habent potestatem iurisdictionis immediate a Christo. et Maxime hoc habet papa et sic ad illos expectat hoc iudicium non ad communitatem totam. Est etiam alius heresis Lutheranorum. quod scilicet omnes fideles sint sacerdotes. sed despicatur quod tota potestas

D

q. tº potestas ecclesiastica no est collata toti coitati sed petro et apostolis. hoc tamen est in ma. declaratio. est n. differentia inter potestatem ciuile et ecclesiasticam. q. illa est immediate in respub. coitate et ab illa deriuat ad regem et gubernatore. At tº potestas ecclesiastica no deriuatur ex coitate in episcopos et pp. sed a christo immediate

3. Arg. q. ecclesia regit ab SS. ergo no indiget concilio ad res fidei. superfluu ergo est concilium et sic errare pot. q. SS. no assistit rebus superfluis. Rx concedendo anis est. n. arts fiery sed sic no ualet istud q. Deus est in quouis motu et sing ergo superfluus est aliqs ad commendandu. uestis ad lo[quen]dum. pretor ad puniendu. Rex ad regendum q. Deus est in quouis motu. et sing sed hic facit ab secundis Motoribus. Itaq et SS. gubernat ecclesiam sed per praedicatores et doctores per episcopos et pp et per concilia. 2º. Dico q licet forte fortuna aliquod concilium esset superfluue. i. sine magna necessitate congregatum hic et no posset errare sed ibi assisteret SS. sic et quis sacerdos dicat Missa superflue sine in peccato veniali. sacrificium fiat. um in concilio.

4m. Arg. est. q aliqua concilia errauerunt de facto q pp sed sunt errare. anis. p3. De concilio Ariminensi. sed Rx. q illud fuit concilium prouinciale. et no congregatum Authoritate pp. Utrum tº prouinciale concilium quod con gregatur authoritate pp. possit errare dicemus postea. et pendet ex alia q. Utrum ipse pp possit errare. Ad qu.. Modu respo. dedu est ad concilium Ariminense ubi congregati sunt Multi episcopi qui oes errauerunt ai Arrio de quo scit. historia. tripart. lib. 10. c. 21. Dico. n. q

Illud cōcilium fuit cōgregatū cōtra auctoritate pp. ab ipsis he
reticis. vid. de hoc epistol. 9. damasi pp. fuit n. cōgregatū
sola auctoritate Imperatoris ad instātiā quorundā heretici.
Imperatoris qui errare pot. Apud ephesū ēt fuit cōngre
gatū aliud cōcilium magnū quod ui debat generale & tn. erra
uit cū euthicete ponēte vnā tm̄. naturā in christo. Dico q
hoc ēt fuisse cōcilium hereticorū cōtra volūtatē pp. leonis
& eius legati cōtradixerunt illi cōcilio. & presidē ēt fuit
in cōcilio. dioscorus hereticus. Vid. epistol. 11. 12. & 14.
leonis vbi reprobat illud cōcilium. Itē fuit aliud cō
cilium sub Imperatore cōstantino. 5. vbi definitū est cōtra
v sū imaginū sed illud cōcilium fuit ēt reprobatū & postea
celebratū est. 7ª. synodus generalis vbi definitū est
q est sanctissimus vsus imaginū. Vid. in historia tripartita
lib. 4. c. 9. vbi ēt ponunt alia cōcilia q errauerunt q
oia fuerunt preter ordinē & nō fuerunt rite cōgregata.
Cōcilium ēt basiliense. & cōstantiense qui videtur esse ge
neralia & rite cōgregata. & tn. errauerunt. q ibi de
finitū est cōcilium esse supra papā. quod tn. l. est falsū
l. saltē nō est de fide vt ibi definitur. Itē cōcilio basi
liensi definitū q beata virgo fuit cōcepta sine peccato
originali. & tn. postea Sixtus. 4. fecit facultatē
vnicuiq libere sentiendi ut de nō est de fide id quod cōcilium
basiliense definiunt esse de fide. Ex. q. Cōcilium cō
stantiense fuit cōgregatū tēpore scismatis quādo erat
aliquis in dubitatio. pp. & sic potuit errare. eidē
est de eo cōcilio basiliensi. & in vtroq q fuerunt q plures
errores. & de vtroq nō fuit rite cōgregata. Vide.
turrecremata. lib. 3. summe ecclesie. c. 99. Vbi agit de
cōcil. cōstantiensi. & eius auctoritate. & c. 100. agit de

de diffinitionibus conciliorum particularium ... Attamen concil. constantiense quod definitum ... facit fidem quod ... particulare
... bulam Martini. §
Ultimum Argumentum est. non est de fide quod aliquod concilium sit legitime congregatum ergo neque est de fide tenendum id quod concilium ipsum definit. Antecedens probatur ambobus partibus quia Papa solum fide acquisita ... Item quia ... habemus quod fuerit legitime congregatum. Item quia est legitime congregatum hoc debet fieri per Papam. sed non est de fide quod iste sit Papa ergo. Item etiam quia non habemus de fide quod iste sit baptizatus. Item ex quibus sit membrum ecclesiae quia forte non est baptizatus. Item ... rite ordinati non est de fide quod illi sint baptizati. aut tamen rite ordinati. ergo ... veritate ... Papa ... ambobus partibus. quia si dicimus quod licet sit de fide quod ... rite consecratum ... consecratum est corpus Christi. sed tamen non est de fide quod ista hostia particularis sit rite consecrata. Item etiam de fide est quod concilium legitime congregatum non potest errare tamen quod istud concilium sit rite congregatum hoc non est de fide.
Respondeo quod ista veritas potissime pendet ex hoc ... Papa quod iste sit indubitatus Papa. de quo dicemus ... sed ... dico quod a posteriori quando ... constat ... quod ... aliquod concilium est rite congregatum et quod eius acceptata definitio ... de fide. tunc certe tenendum est illud esse rite congregatum et illa esse de fide quae definiuntur. quia alias tota ecclesia posset errare. et sic etiam ex his debemus tenere de fide quod illi sint veri episcopi et Papa. est verum ... ex capite ecclesiae. quia a posteriori facimus ista ... Omne definitum in concilio rite congregato est de fide. hoc est definitum in concilio rite congregato ergo est de fide. Maior nota. Minor tamen constat experientia et evidentia ... ex ... consensu omnium fidelium et maxime est manifestata a posteriori quia ecclesia tota errare non potest ... acceptat ... tota ecclesia ... de fide ... concilium quod rite congregatum

Estiam lº grauis vtrum definitio pp. citra generale concilium sit reg. infalibilis ueritatis. Et videtur quod non sed quod possit errare. Pº quia de facto Multi pontifices errauerunt. G. ans pz. pº Celestinus 3 definiuit quod si alter coniugum labat in heresim Matrimonium dissoluitur et quoad uinculum ita quod fidelis pot cum altero contrahere. Hoc tamen est aperte falsum et de oppositum definiuit Inocent. 3 in c. quanto. de diuortijs. et ipse Inocent. ibi refert illam definitionem celestini. quae etiam olim habebatur in corp. iuris. extra de conuerso infidelium. c. laudabile ut refert hostiensis sup c. quanto. fuit tamen abrogatum illud per Inocent. 3. 2º In c. licet de sponsa duorum dicit Alexan. 3. quosdam suos predecessores iudicasse quod si post Matrimonium contractum per verba de presenti non consumatum fiat aliud Matrimonium et consumetur dicit quod primum dissoluitur. Et 2m est ualidum sicut modo fit per ingressum Religionis. hoc tamen est aperte falsum et est error. et de oppositum definit ibi Alexan. 3. hoc tamen pertinet ad fidem. G. 3º Nicolaus pp. in c. a quodam iudeo. de consecr. d. 4. definiuit quod bapt. collatus in nomine christi est ualidus. et tamen hoc est falsum. aut saltem dubium. et sic definitio pp. non est reg. infalibilis. 4º Joan. 22. definiuit ut quidam referunt quod animae defunctorum fidelium non peruenirebant ad visionem claram dei usque ad diem iudicij. et dicitur et quod praecepit iste pontifex quod nullus reciperet gradum Magisterij in academia parisiense si non iuraret se defensurum illam propositionem. 5º iste Joan. 22. et Nicolaus pp. videntur contraria definisse quia Nicolaus definiuit quod christus numquam habuit aliquid in communi. Joan. tamen definiuit oppositum in extrauagante. cum inter nonnullos extra de verb. significatione.

2º Est Arg. quod pp. potest esse hereticus. G. potest errare in definiendis rebus fidei. g. pz. pº quia si pot esse hereticus hic

populus christianus posset dubitare merito utrum ille defi
nierit suam heresim. quidem potest dubitare quod non scimus utrum
pp. sit modo hereticus. Item quia vero simile est quod si tentaret de
finire in materia circa quam ille errat quod definiret secundum suam heresim
quia contenderet quod oppositum esset miraculum. s. definire contra suam
opinionem. non est autem ponendum miraculum. ant. tum probatur primo ex
opinione Multorum theologorum hoc tenentium. 2°. quia de facto aliqui
fuerunt heretici ut patet de anastasio. ut refertur c. anastasius
19. d. et Joan. 22. in art. posito erravit et quia opposi
tum definiunt postea contra illum fore hereticum. et quia Honorius pp.
fuit hereticus ut habetur in concil. 6. constantinop. numeratur inter
hereticos Honorius episcopus antiquae Romae.

3. Est Arg. quia si pp. non potest errare hoc aut est ex ipso habi
tu fidei aut ex assistentia S.S. aut ex utroque simul. sed
ex nullo horum ergo. . quoniam not. cum Maiori et Minor patet. 1. n. cer
tum est quod non ex habitu fidei quia quilibet christianus habet habitum
fidei et tamen errare potest. non est etiam ex assistentia S.S. quia non est
credibile quod viro duntaxat homini quamvis aliquo ceteroquin contra dictum
peccatori dederit deus istam assistentiam S.S. quia non ex utro
que simul per eandem rationem

4°. Arg. quia concilium est s. pp. ergo pp. non est supremus et
infallibilis reg. ant. patet. hinc ex definitione concilij constantien
ses. 4. et 5. et etiam basilien. fere per principium. ubi expre
sse definitur quod concilium est s. pp. hinc etiam quod concilium generale
potest deponere pp. si fuerit hereticus. et etiam si fue
rit pessimus et Male gubernet ecclesiam atque non sufficienter
providiss et christianis Ecclesie suae.

5. Est Arg. quia atque si pp. est reg. supremus infa
llibilis ergo frustra congregantur concilia ad definiendas

rebus fidei. quod est falsum quia sequitur quia si pp. est supremus iudex et infallibilis ille potest facile diffinire et sedare hereses et non est necessarium congregare concilia cum tanto labore.

In oppositum est Authoritas s. th. ~~est~~ ubi cap. te ducit quod ad pp. pertinet finaliter determinare ea quae sunt fidei ut ab omnibus inconcusse a fide teneant. et concludit idem ad solam authoritatem pp. pertinet nova editio symboli.

In hac q[uaestion]e sunt apud catholicos varii modi dicendi et ista difficultas pendet ex alia tractata in arg. 4°. utrum s[cilicet] concilium sit supra pp. iam infra editos. et hec rursus pendet ex alia, s[cilicet] an immediate Christus dederit claves Petro seu summis pontificibus. Dicunt enim quidam quod Christus immediate contulit claves omnibus Apostolis et sic etiam episcopis eorum successoribus. Unde fit quod suprema potestas data a Christo sit in concilio congregato ex omnibus episcopis et pp. tanquam unus ex illis manet subiectus concilio. sicut provincialis in capitulo licet sit supremus prelatus tamen manet subiectus diffinitoribus capituli.

Ista sententia tenet communiter Parisienses. Item Gerson de potestate pp. et iste Gerson interfuit concil. Constantiensi. habet etiam Ocham. Almain. et Adrian. etiam hoc tenet in q[uaestione] ultima de sacramento confirmationis, et tenet etiam isti quod pp. potest errare in diffiniendis rebus fidei

Oppositum huius sententie est certum et catholicum ut quod superemus certissimis rationibus. Dico 1° firmiter fide tenendum est quod pp. est supremum caput in ecclesia Christi et oppositum est hereticum. et etiam de fide est quod pp. est Vicarius Christi. 2° Dico quod pp. est supr-

supra concilium et accepit potestatem a christo et non ab ecclesia
neque ab electoribus quia Petrus immediate accepit a christo po
testatem supra totam ecclesiam alii vero Apostoli habuerunt potesta
tem delegatam. Unde solus Petrus habet ~~pot~~ successorem cum
plenitudine potestatis s. totius ecclesiae. Alii vero Apostoli non.
Haec sententia est verissima et oppositum est periculosa et
est fomentum heresis. Attamen non est de fide itaque oppositum
esset heresis. Caiet. citat hic definitionem concilii florentini
sed ibi specialiter tractatur de primatu Petri. Utrum vero pp.
sit s. concilium nec hoc non apte definit. Adducit et defi
nitionem concilii lateranensis cum interfuit caiet. ubi aperte est
definitum pp. esse supra concilium. Attamen adhuc est sub
lite utrum illud concilium habuerit in eo cum sua authorita
te neque illud concilium est receptum a tota ecclesia. Unde
parisienses non receperunt illud. sed adhuc defendunt
suam sententiam. De hac re quod s. pp. sit s. concilium. tracta
Vivig. ex professo in Addit. 3. p. q. 17. Hic ergo
suppono hoc fundamentum quod pp. est s. concilium.
Sit ergo conclusio ad q. Summus pontifex errare non potest in defi
nitionibus fidei sed est regula infallibilis. Probatur 1. ex re-
tibus christi. Math. 16. Tu es Petrus et super hanc petram aedi
ficabo ecclesiam meam. Petrus benedictus est a christo. bea
tus es simon bar iona. / Illud verbum super hanc petram intel
ligitur de Petro ipso non nude. neque intelligitur de ipsa confessione
per se. sed intelligitur de Petro sub illa confessione fidei. et
de illo dicit super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. sed
ecclesia non potest habere falsitatem contra fidem quia fundamentum.
s. pp. non potest deficere in fide in ordine ad ipsam ecclesiam
s. definiendo. hunc locum intelligit Cyprianus. lib. 1.
epistol. epist. 3. et lib. 4. epistol. 9. Verum est

vid. caiet. op. de primatu petri et apostolorum c. ... vi. huius lib. 3. Vi. Rose ar. 25.

q. Multi sancti intelligunt sup hunc petram . i . sup istam confessionem. et sic hoc arg. no het ... sed ad hunc het ... qui confessio illa no debet accipi nude sed ut est apprehensio a fundamento ecclesie. Et confit. ex verbis sequentibus. et porte inferi etc. hoc est propter vim ipsius fundamenti . s. petri et pp. qui licet christus sit principale fundamentum . sed petrus est fundamentum fundamenti qui est christus. Item ex illo et tibi dabo claves etc. certe fides est quae incipit aperire ianuam (. ostendit illam per quam debemus ingredi regnum qui sine fide impossibile est etc. Unde clavis scientie debet esse infallibilis in pp. Item seq. et quod cumque ligaveris etc. ligat pp. in absolvendo vel excommunicando vel et definiendo res fidei. qua definitio in captivitatem redigit omnem intellectum in obsequium fidei absolvit et intellectum qui declarat aliquid non esse contrarium ad fidem definientem. ... ... peccato ex quo videbatur ligari intellectus ad credendum illud tamquam de fide venit Sixtus 4. et solvit intellectum et dicit quod illud non est de fide . Et quod ille solvit in terris etc. hoc het locum maxime in rebus fidei. qui contra fide ... in gratiam ... Est alius locus in huius veritatis confirmatione. Joan. 20. pasce oves meas. quibus verbis christus implevit quod promiserat Math. 16. Illis ergo verbis pasce etc. soli petro dixit specialiter cum ibi essent alii apostoli ... qui dixit christus diligis me plus his . s. apostolis. pastus aut et cibus animarum est sana doctrina. iuxta illud prophete. dabo vobis pastores et pascent vos scientia et doctrina. Dixit aut petro specialiter tamquam principi pastorum. ergo doctrina petri debet esse sana infallibiliter tamquam determinata ab ipso principe pastorum christo. atque si esset dissensio inter ceteros pastores circa doctrinam quibus posset componere pacem inter illos et veritatem definire. Unde per illud verbum pasce non est restringendum ad ... quod ... generis pascendi

sed ad om requisitum ad bonam gubernationem ecclesie. mixerit ista tamen potissimum est infalibilis regula fidei que illa est in papa et hoc est quod dicit in psalmo. dominus regit me etc. alii legunt. pascit et quamcumque misit nostratum salutem in papa. hec regit in hebreo est pascit. At tamen deus non pascit ecclesiam per seipsum immediate sine ministro. quidem est quod regat ecclesiam a christo et papa et vere dicit ... michi deest quod dominus pascit me.
Est aliud testimonium. christus luce. 22. dixit petro specialiter. Petre ecce sathan expetiuit vos ut cribraret sicut triticum ego autem etc. non dixit christus rogavi pro vobis sed pro te specialiter et non dixit fides vestra. sed tua. ut intelligamus quod aliquod privilegium dabat petro quod non aliis. hoc tamen erat privilegium pro tota ecclesia concessum illi tamquam capiti quod fides petri et successorum eius in ordine ad ecclesiam deficere non pot. et aut hic ... quod factum est confirma in fratres tuos .s. in fide. et confirme quod hoc specialiter pertinet ad papam ut est caput ecclesie. quod quantum attinet ad illud tempus in quo petrus vixit. certe petrus non confirmavit Apostolos in fide sed christus ipse post resurrectionem quod de aliis fratribus loquebatur christus quam de Apostolis .s. de omnibus fidelibus qui sunt inter se fratres omnis matris.
Ista testimonia supra confirmantur. Authoritate conciliorum et potissimum quod .s. ille sit sexta synodus. Prima in .6. synodo constantinopoli. actione. 4. est ibi epistola. Agatho. pape. Missa ad concilium ubi. Agatho. papa. describit fidem catholicam quam tenet ecclesia et dicit. hec est enim. vere fidei regula quam et in prosperis et adversis inviolabiliter tenuit Apostolica christi ecclesia etc. Ita omnino. adducit ibi illam Authoritatem. ego rogavi pro te etc. et dicit. hinc dominus fide petri non defecturam promisit et confirmare eum fratres tuos

ad monuit quod apostolicos pontifices meae exiguitatis predecessores fecisse scitote [illegible]. Et not. quod istud testimonium non habet authoritatem solius pontificis sed concilij quod recepit et probavit illam epistolam. Concilium illud concilium fuit probatum per leonem pp. successorem Agathonis. In hunc modum sunt quam plures authoritates pontificum. Vid. c. in nouo test. 21. d. et alijs c. et 22. d. Item pp. qui maiores ecclesie cause ad fidem potissimum concernentes ad summum pontificem referuntur quod ille errare non potest. dub. habetur. 24. q. 1. c. quotiens. et c. Rogamus. ibidem. Idem habetur c. Maiores de bap. et. Est etiam sententia omnium gentium. hieron. in expositione symboli. et habetur. 24. q. 1. c. hec est fides. ait pp. beatissime quam profitemur. et subdit si autem hec nostra confessio Apostolatus tui iudicio comprobatur quicumque me culpare voluerit se imperitum. l. et malevolum. l. etiam non catholicum sed hereticum comprobavit. et facienda est vis non solum in authoritate hieronimi sed in se ipso et per quos scribebat et iubebat. n. hieronimus eaque intelligebat recepta esse. sicut enim se sic recepta. cum quod recepta in ecclesia cotidie quod qui non crediderit definitionem pp. esse hereticum. Item patres concilij Milevitani hoc ipsum sentiebant quod decreta illius concilij miserunt ad Innocentium p. petentes confirmationem. Vid. de hoc epistol. 90. Augusti. et 91. et 92. et in epistola. 93. sunt verba que respondit Innocentius. et laudat concilium quod recurrit ad pontificem. et dicit esse conforme patrum documentis quod necessarius est iste recursus ad pp. et dicit quod etiam actione primus sibi scientes quod per omnes provincias de Apostolico fonte petentibus responsa semper emanant praesertim quotiens fidei ratio ventilatur. arbitror omnes fratres et coepiscopos nostros non nisi ad petrum

Item in alle hereticum sic per Sebast. in proprio forte 1. epist. ad dam. sed de expositione symbol.

 52

1. sui nominis et honoris authorem referre debere velit nunc rehilit bestra dilectio quod per totum mundum possit omnibus ecclesiis omnino prodesse. et ex hac epist. desumpta est. Cap. haec. 24. q. 1. et August. epist. 95. iterum rescribit Innocentio et circa finem epistol. dicit. non n. rivulum nostrum largo fonti augendo refundimus. sed in hac non parva tentatione temporis vnde nos liberet cui dicimus. ne nos inducas in tentationem, vtrum etiam noster licet exiguus ex eodem quo et tuus emanet capite fluentes, hoc a te probari volumus, tuis quoque rescriptis de communi participatione vnius gratiae consolari.

T. et Prob.r Authoritate s. Thom. qui vbicumque de hac re loquitur tenet quod ad pp. pertinet vltima fidei resolutio et quod errare non potest. in opusc. contra errores graecorum c. 33. ibi ponit s. D. quod est hereticum negare Authoritatem summi pontificis et postea c. 65. circa finem opus. probat Authoritatibus cyrili chrysost. et aliorum graecorum quod Petrus accepit supremam potestatem et quod pp. est Vicarius christi et quod est de necessitate salutis hoc credere. Postea vero c. 68. et 69. Probat ex professo istam conclusionem nostram quod s. pp. non potest errare in rebus fidei definiendis et probat hoc auctoritate cyrili. lib. thesaurorum. vbi dicit vt membra maneamus in capite nostro Rom. pontificum a quo nostrum est quaerere quid credere quid tenere debeamus. probat etiam Authoritate s. Maximi. qui Maximus hoc ipsum dicit et adducit illud. ego rogavi pro te etc. Hoc etiam habet s. D. lib. 4 contra gent. c. 76. Vbi probando Authoritatem pp. et eius vnitatem supra totam ecclesiam. dicit in 2a ratione quod non potest errare in rebus fidei definiendis. Hoc etiam aperte asserit in hoc art. Vbi tantam Authoritatem tribuit definitioni pp. sicut definitioni concilij generalis. et et vniversalis ecclesiae.

Et ex dictis s. th. et ex modo loquendi eius similiter colligitur quod dicere quod sit in dubium contra modernos theologos qui hoc reduxerunt in dubium. Qui certe usque ad concilium constantiense nunquam inter catholicos dubitatum est utrum pp. sit super concilium. sed plane omnes fatebantur quod pp. sit supremus pontifex et super concilium et errare non potest. Hoc colligitur ex dictis Hieronimi et August. et Maxime ex dictis s. th. qui si tempore s. th. esset dubium utrum pp. sit super concilium et utrum posset errare certe s. th. in dubium hoc reduceret sicut solet alia. At tamen in operibus suis tamquam certum hoc definit et oppositum ponit pro errore graecorum. et in hoc art. absque aliqua dubitatione hoc affirmat. Unde cum sit res gravissima si suo tempore fuisset dubitata aliter hoc tractasset

Item ex rationibus probatur ista conclusio quia solus pp. habet Authoritatem congregandi concilium generale itaque si absque eius Authoritate congregetur errare potest sed ipse pp. errare non potest in definiendo. ergo. pp. quia si concilium generale errare non potest est propter authoritatem pp. et qui eum congregavit ipse errare non potest quia propter quod unumquodque tale et illud magis. ut ait Aristoteles. est. c. 4. Item pp. 17. d. per plura capitula hoc est afferit. c. significasti. de electione et electi potestate dicit ibi quod omnia concilia per Romanae ecclesiae authoritatem et facta sunt et robur acceperunt. Item est in eisdem locis ex concil. calcedonensi quod est unum ex 4or generalissimis. in i. sessione erant ibi legati pp. et quidam legatus ibi primus locutus est et similiter dicit quod pp. est caput omnium ecclesiarum. postea tamen alius legatus dixit. ~~....~~ lucentius episcopus et vicarius sedis apostolicae dixit...

Iudicij summi necesse est eum dare rationem quicumque per summum dicendi heret sicut esset et synodum ausus est facere sine Authoritate sedis Apostolicae quod numquam rite factum est neque fieri licuit. loquitur contra dioscorum haereticum. Et tamen de alium consensit in hoc. Hoc etiam aut concedunt etiam adversarij qui negant nostram conclusionem. Verum est quod omnibus

2°. Probatur. Vna est fides catholica in ecclesia Christi ergo Vnus debet esse iudex supremus in his quae fidei sunt. ant. probatur. vnus deus vna fides. Et illud non sint in vobis schismata. conclusio probatur quia si non esset Vnus iudex facillime esset schisma in ecclesia. Et in concilio etiam generali si est dissensio inter congregatos in concilio ad quem debet referri iudicium. Sed dicis quod hic standum est Maiori parti. Sed dico quod quia si ista maior pars est minus sana et in doctrina et Moribus aliquando magis quod saniori parti standum est. quod necesse est ponere vnum supremum Authoritatem atque. christus non sufficienter providisset ecclesiae suae. hoc est contra. s.th. hic. et summa contra gentiles. cap. Imo ex hoc quod debet esse vna fides concludit. s.th. debere esse vnum supremum pontificem. Hoc est quod dicitur deuteron. 17. cum variis iudicium videbis variari &.

3. Probatur quia Ecclesia christi frequenter indiget decretis et definitionibus circa Materiam fidei concilium autem generale non potest congregari in tanto et cum Maxima difficultate ergo aliquis est in ecclesia christi qui potest definire res fidei non est alius quam papa. ergo. Maior probatur quia modo cum Hispania surgit Petrus ... in germania lutheranis. et fuit necessarium statim definire contra illos. Minor etiam experientia probatur. conclusio probatur quia atque non esset sufficienter provisum ecclesiae christi. quod etiam est falsum quia ait dominus quod vltra debui facere et non feci. &c.

4°. Probatur si papa posset errare in tota ecclesia posset errare quod est falsum ergo. sequela probatur quia omnes christiani tenentur obe

obedire pp. precipienti q hoc credamus. — Sed dicunt ad tertium Lutherani q non teneor credere qui precipit aliquid contra evangelium. Sed duo videntur esse effectiva, ergo quis debet esse iudex in hoc. dices concilium. sed ego dico et q si concilium precipiat contrarium ergo non debes credere. Sed quis est iudex. q illud sit contra evangelium. Ideo venire oportet ad unum caput. s. pp. q errare non potest ex assistentia spiritus sancti. SS. et sacerdos concilium errare non potest quia assistit illi christus mediante pontifice. s. pp.

Ex hoc s. sic probata. Seq. 2a s. q concilium provinciale s. congregatum s. confirmatum auctoritate pp. errare non potest. non dico q sufficit solum congregari auctoritate pp. sed q requiritur confirmatio quae facit infallibilem veritatem. Et loquor q quando pp. confirmat ipse definit sed ille errare non potest ergo. P. patet ex his quae de facto contigerunt. Concilium Milevitanum contra pelagium fuit provinciale et tamen quia pp. hoc confirmavit tota ecclesia illud recepit tamquam de fide. et sic etiam est in multis conciliis toletanis. sic etiam de concilio constantinopolitano contra Origenem congregato auctoritate pp. et confirmato per eundem. Et ex hoc confirmatur s. praecedens q pp. errare non potest quia confirmata concilia provincialia sunt a solo pontifice absque concilio generali. Et tamen recipit tota ecclesia.

"etsola confirmat sine congregat."

Seq. et 3a s. q pp. non potest errare in definiendis rebus pertinentibus ad bonos mores. Sed iste s. habet duplicem sensum. P. q s. si definiat v.g. q fornicatio est mala et peccatum mortale. talis definitio est accipienda ac si definisset q christus fuit dives blasphemus.

In isto sensu q.º est ita certa sicut praecedens. Hoc probatur quia
pertinet ad fidem dicere quod primicius sit illicitum. hoc etiam defini
erunt Apostoli in concilio illo. p.º Actu. 15. definierunt pertinentia
in rebus fidei et ad bonos mores. Et ad totum dicendum quod istud
primum concilium Apost. non fuit concilium generale sed provin
ciale quamvis fuerunt ibi omnes Apostoli affuit etiam ibi petrus.
Et hoc constat ex c. 1. et 2.º ad galat. [illegible] de concilio pro
vinciale confirmato auctoritate pp. errare non potest
~~2º. sensus est quod non possit errare faciendo leges malas~~
~~contra bonos mores~~. Et hoc pacto etiam pontifices decla
raverunt quod isti census sunt redimibiles. aliquitur sunt liciti. hec
hoc. decempho et vendito in concavagationibus. et sic etiam definitum
est usuras esse illicitas.
2º. sensus est quod pp. non potest condere leges continentes [illegible] aut
contra legem naturalem et bonos mores. et quod omnis lex papae debet
esse licita et bona et secundum evang. et secundum legem naturalem. In isto
sensu q.º non est ita certa sicut in p.º sensu sed tamen. Dico quod
etiam debet teneri certissime. Probatur p.º Auctoritate [illegible]
in ubi Maxime commendat leges pontificias. Item 25.
q. 1. Maxime commendat leges pontificias. ut patet c. nulli fas.
et c. sequenti. dicit nulli fas est sine animae suae periculo aut
divinis constitutionibus aut Apostolicorum decreta temerare
temerare aut decreti. s. legem est. aut frangere. multo po
tissime [deleted] reprehendere illi tamquam iniquam. magis non peccat
contra legem quae dicit illam esse iniquam quam qui frangit illi. Probatur quia
si pp. sic erraret in istis legibus esset aliquid absurdissimum
in coelesti [illegible]. quia s. tota ecclesia sic reputaret bonum id quod esset
Malum. et competeret illi id quod ait Esaias. Vae qui dici
tis Malum bonum. et pp. diceret. Vae qui condunt leges iniquas
Dicendum quod sic dicit. ps. lex domini immaculata. ita etiam leges
ecclesiasticae

P. qr si pp. sic erraret in directe esset error. Sm. primu se sm qi putaret eclesiae esse licitu quod est illicitum. q de pontifices corrigunt leges ciuiles in quib. vt pz ex de prescript. c. vlt. q Ex istag. in isto se sic est Multu ad tollenda contra lutheranos q reijciunt oes traditiones humanas et leges. Et hinc est q illa lex eclesiastica q no est necessariu ad salutem cocne laicos sub vtraqz spe. et sic precipit q nullus laicus coicet sub vtraqz spe. est lex sancta. Item sunt leges sancte de ieiunijs quadragesime. de de uesticibus iborum. no comedendis carnibg. Item leges ceremoniarum eclesiasticarum.

Ex his q patet q pp. no errat in his trib. s. in fide. in Moribg, in legibg condendis. Et circa om istar defini^o est in co alio illo q. Actorum. 15. P. n. definit q legali no esse de necessitate salutis q ptinet ad fidem. 2^m q fornicatio est illicita ad mores. 3^m q abstinerent a sanguine et suffocato. est lex. Et Idem serme fit in oibg concilijs. s. de fide Moribg et legibg. In his q pp. errare no pot. De his et est videndus s. th. [illegible] q. 11. ar. 2. ad. 3. Vid. et Caiet. de autoritate pp. et co al. c. 9. c. 11. et in apologia contra Almain. c. 13. et 14.

Secus aut est de episcopo aut to de co cilio prouinciali vt diximg. q siquis dicat episcopu aut concilium prouinciale errare no posse. q in. c. ad abolendu de hereticis. q [illegible] herehiis q sentit contra se m eclesie sed dat licet Autoritatis episcopo cu clero et et ipsi solicleros sede vacante vt damnet aliquem sic sentientem tanqz hereticu et q sic damnatus sentie est ex coicatus a pontifice. De se singulis decretu dicentes T. in q. defares . Pronunc dus q se sus est - q qu

quib damnat pro hereticis circa materiam in damnatam tamquam here
ticam. s. quam est res apta contra fidem et ecclesiam.
Preterea Sanctus Thomas quodlibet 9. art. 4. q. Pontifex non potest
errare in canonizatione sanctorum. itaque quicumque per pp. positus
in catalogo sanctorum ut ab omnibus venerentur. ille est sanctus
et in caelo. Ista q. non est tam certa sicut precedens. et quamvis opp.
sitam diceret non est hereticus neque error. sed credo esset temeri
tas. Maxime si quis diceret quod de facto errarit pp. in cano
nizatione alicuius sancti in particulari. Probatur q. quando
canonizatur sanctus duo fiunt. p. declaratur quod ille sit sanctus
et sic fit quod possit coli per ecclesiam. 2. ex consequenti declaratur quod
vita eius et mores fuerunt sancti et quod [illegible] quod licitum est christi
fidelibus informare vitam suam ad exemplum et regulam illius sancti
et hoc est canonizare. i. ponere pro canone et regula vivendi
christianis. At tunc si pp. erraret in hoc esset error perniciosis
simus in ecclesia christi quod non est credibile quod erret. Minor probatur
quia pro facto esset turpissima res quod tota ecclesia coleret ali
quem tamquam sanctum et tamen ille est in inferno. Item esset error habere mores
et mores prebere tamquam regulam vivendi illius qui est in inferno et
est dei inimicus. quod non est credibile quod ecclesia erret in re
tam gravi. R. quod in veneratione sanctorum profitemur
articulum illum s. vitam eternam. et gloriam. esset tunc hic
perniciosissimus error et aliquo modo directe contra fidem. colere ali
quem tamquam habentem vitam eternam qui tamen esset in morte eterna
[illegible]. Hanc sententiam habet. s. th. quodlibet. 9. ar. ut ubi
[illegible]. dicit s. th. quod precedendum est quod in hoc ecclesia non errat
Secundo contra istam q. est arg. quod s. ar. 3. ad. 4. diximus ad
ut ut. arg. quod non est inconveniens quod aliquando temporis sophismata
non consecratam putantes illam esse consecratam quia fuerat [illegible]
et istam sophisticam esse rite consecratam ~~[illegible]~~ et sic
religiosi illi non errant quia si pro te dicit ad christum ubicumque sit

Sed et si ecclesia erraret in canonizatione aliorum sanctorum non
est inconveniens quia religio non erraret publice. quia fides solum
docet quod qui decesserit in gratia salvatur. utrum autem iste vel ille
sic decedat spectat non spectat ad fidem.
Rx quando spectat esse error. primo quia sanctitas non canonizatur. i. non de-
claratur quod esset error quod nisi sanctitas sit christianus quia si infide-
lis illud diceret non erraret. Item quia illa doctrina particu-
laris fit in tribunali loco coram paucis abstractionibus et sic spectat per-
vulgare error et quod per orbem ... quia illius sanctitati tribuit. At
tamen canonizatio proponitur toti ecclesie et toti tempore
vite spectato esset error maximus.
2°. Arg. contra. quia iustificari est occultum et nullus potest
esse certus fide se esse in gratia ergo multo minus. pp. potest
esse certus quod alius decesserit in gratia. ergo potest errare.
Rx quod pp. de se non potest esse certus ex virtute humana
attamen ex assistentia SS. et in sanctitate cuiusque potest esse
certus et in quantum canonizat sanctum.
Hinc solvitur. Arg. 3. quia canonizatio sanctorum fun-
datur in testimonio hominum qui possunt falli et fallere
ergo pp. canonizans potest falli et fallere. Antecedens probatur. quia pp.
quando canonizat sanctum facit processum vite et mores
et testes sicut in aliis iudiciis secularibus fit. ergo
ante facit pp. summo more sicut in aliis iudiciis. et si
si forte fuerint aliqua miracula. non sunt infalli-
bile testimonium quia omnia sunt facilia fieri dare possunt
esse apparitionibus in extremis illius nomine in nomine ... pro
... 8. Rx quod licet unum testimonium sit. se esset
fallibile. Attamen omnia testimonia simul collecta et maxi-
me simul cum assistentia SS. non sinunt pp. errare

in hoc Maxime quia Miracula sunt post Mortem hic sunt
Magnum testimonium sanctitatis. Deinde quod dico quod licet essent
plures testes falsi et Miracula falsa quae te ff fieren
falsa sanctitate fictam alicuius non tamen deus permittet quod
pp. canonizet illum. sed l. ante canonizationem oporteret
pp. fidelissimum testimonium l. Miraculorum. l. et pp. debi
rebit vestimentis. ff. ut non canonizet sed certo faciet deus
sanctum nos dos quos ipse bene nobit
Ad tertium aliqui sunt sancti canonizati per scripturam. et
exeitare dicto haec esse et ipso est de fide. ut per. de beata
virgine. de sanctis angelis de Apostolis. de sanctis
et de tymoteo. et de aliis de quibus dicit Paulus quorum
nomina scripta sunt in libro vitae.
Ad illud tertio quod communiter dicitur. Multa corpora venerantur
in terris quorum animae cremantur in inferno. Respondeo quod ista sententia
tenet. l. nullius est Authoritatis. l. si est alicuius. de
bet interpretari de corporibus quae sunt quae venerantur ab
aliquibus non tamen sunt canonizati. De festo autem conceptionis
ms. b. virginis dico quod ecclesia non dum canonizavit illud festum
per rationem l. alterius opinionis. Sed de ecclesia universali ve ne
ratur ibi quod certum est. quod in eo die quo b. virgo concepta est
speciali privilegio fuit gratia plena. et tamen ista gratia
fuerit in ipso momento conceptionis ita ut preservaretur a peccato
originali an tamen post illud instans itaque prius contraxerit
2. q. quibus Principes heatiuo dictu in precedenti q. non expedit ut princeps compellat suos subditos ad seruandam legem naturalem. relinquere ydolatrias. Itaque quod princeps habet potestatem in consideratione boni publici scilicet aliquod esset malum publicum compellere eos quod non expedit. Maior notum. Minor experientia constat quia expedit multoties permittere aliqua mala ad vitandum maiora mala. Et confirmatur quia habemus exemplum in Regibus hierusalem. ~~qui permittebant~~ Iosaphat. ezechias Iosias. qui per aliquod tempus permittebant sacrilegia et ydolatriam etiam in ipsis iudeis subditis ut suo tempore puniretur q. 2. Item quia apostoli ac sancti ecclesiae in fundamento quod permittebant tam multa. Et constantinus imperator qui fuit 1. qui statuit legem contra sacrificia paganorum. statuit illam postquam iam erat diuulgata fides christi — et aliter etiam erat predicatio et diuulgata verbum Dei. et erant et confirmata multis martyriis et miraculis. 3. arg. quia si infideles statim compellerent relinquere suos ritus concuperent odium ad totius Religionem christianam q non expedit sic eos compellere. an non quia antequam cognoscerent fidem et veritatem etiam odium ipsorum sequerentur illam et sic magis arcerent a fide. 4. tertio quia infideles non possunt salvari sine observatione legis naturae in si veniant ad fidem christi q non sunt compellendi servare legem naturalem nisi quando prudentes terre dicit quod observatio legis naturae erit dispositio ad suam a predicationem fidei christi.
Et confirmatur ultimo quia usque ad tempora Augustini erant adhuc paganismi et permittebantur etiam post legem imperatorum constantinum. Et Augustinus etiam iudicat esse iustam istam permissionem ut patebit amplius ar. u. sequenti. Vide etiam Augustinum sermo. 6. de verb. domini. de puero centurionis /.

Ad 1m arg. R. quod quando ego utor iure meo nulli facio iniuriam et sic quando expedit bono publico facere legem ut pagani relinquant ydola non compelluntur directe aut indirecte itaque imputetur principi et si aliqui illorum ficte ad fidem veniant. 2o. Dico quod directe isti infideles iuste compelluntur ut servent legem naturalem et si illam servaverint relinquantur in pace ut qui voluerint venire ad fidem veniant qui autem noluerint non veniant. poterunt habere illi suos ritus naturales ad cultum veri Dei sicut erant temporibus Noe et Job. Est tamen unum nota. de iudeis quod isti non possunt compelli ut relinquant suos ritus quia illi servant legem naturalem et sacrificia iudeorum non sunt contra legem naturalem. quod contra bene christiani erunt [illegible]. Et ideo facilius permittuntur ritus iudeorum quam gentilium. videmus quod legimus in collegio christi decretum aliquod aut canonicum aut civile contra ritus iudeorum quin potius oppositum reperimus decretum. s. ut permittantur ut patet c. qui syncera. 45. d. et c. si iudei. de iudeis et sarracenis.

Ad 2m arg. R. negando quod [illegible]. est enim magna differentia inter preceptum divinum naturale et supernaturale lex enim naturalis obligat omnes et quicumque homo eo ipso quod est homo profitetur legem naturalem sicut eo ipso quod quis regeneratur in christo per bap. profitetur fidem christi. et propterea iudex publicus habet potestatem compellendi homines ad servandam legem naturalem. Multo melius quam habeat potestatem ad servandam legem positivam. Et preterea lex supernaturalis relicta est in voluntate uniuscuiusque sub precepto tamen.

Sed potest esse dubium. Utrum princeps possit punire suos subditos propter ydolatriam et sacrilegia preterita. v.g. Constantinus imperator utrum posset punire ydolatras propter ydolatriam preteritam item si occidissent in sacrificium homines utrum posset illos occidere propterea etc.

R. quod poterunt neque tamen possunt iuste puniri. Probatur. Primo quia nunquam factum est in ecclesia Christi ut aliquis imperator christianus aut papa aut episcopus fecerit legem penalem contra eos qui peccaverant contra legem naturalem in his quae spectant ad Religionem. Imperator vero constit. solum prohibent ut decetero non ydolatrarent et qui fecerint deinceps puniantur. Ad confirmationem quia est Reg. cod. apud Iurist. quod leges non respiciunt retro sed in futurum. hoc patet. c. 2. de constit. et ibi est vide Abbas. 2o. arg. quia si possent isti puniri totus Mundus posset occidi et privari bonis suis et confiscari quia totus Mundus fere ydolis serviebat. 3o. arg. quia si infideles cum intrabant lex illa constitutioni acceptarent illam libenter et vellent fieri christiani esset iniquissimum illos punire propter peccata preterita. ergo. ans. est notum. quia patet quia si esset iudex et possent puniendi et si convertere ad fidem possent puniri sic tamen heretici et si convertunt ad fidem ex iusta causa possunt occidi. Item latrones et homicidae et si agant penitentiam occidunt. Si ergo ydolatrae merent penam propter ydolatriam preteritam et si convertunt ad fidem possent occidi et bona confiscari. 4o. Probatur quia illi pagani sive occidentes homines in sacrificium sive adorantes ydola habebant probabilem et tolerabilem errorem ergo non possunt in re puniri. ans. patet quia totus Mundus fere sequebatur illum errorem [illegible] ydolatriam et quo ad sacrificium hominum plures nationes sequebantur illum ritum. Item Maurres illorum principes per [illegible] sequebantur illum ritum ergo habebant tolerabilem errorem. non idem dico quod excusarentur a peccato apud Deum. Sed Dico quod habebant tolerabilem errorem in ordine ad iustitiam publicam et in foro exteriori

hec est ratio potissima quare non sint punienda ista crimina quia illi habent ex consuetudine. quia de si facto committerent aliqua crimina que non essent in usu et similibus non essent probabilis erroris possent puniri. et si esset criminal in gravem nocumentum Reipub. ut s. distinxi.

Ratio fr. quod esset sic probabilis erat. ex l. regula. ff. de iuri. et fact. ignor. et ex. de sepul. et Mediol. c. fraternitatis. et clement. de i. de privileg. Item Plutarchus problemate 83. refert quod quidam Dux Romanorum venit in quandam civitatem ubi erat consuetudo sacrificandi homines dijs. illa civitas erat subiecta Romano imperio. ille Dux voluit punire illos sic facientes. Comperit autem quod erat antiqua consuetudo. et ideo fecit legem ut illud amplius non fieret sed de praeterito Mulanos puniunt. Ex his seq. quod inique arma talia quod videri possint debellari qui fuerunt idolatrae. qui quod re esset subditi non possent puniri. Multo magis cum non sint subditi

Secundo contrarium sunt duo arg. Primum est quod filij israel occiderunt omnes quot quot ibi inventi sunt propter idolatriam praeteritam et [illegible] praeteritam. ergo princeps christianus potest illud facere. cum probatur ex scriptura. Respondeo et dico Primo quod non est disputandum modo quo iure filij israel occupaverunt terram promissionis de hoc dicemus ar. 10. Secundo dico negando consequentiam quia non sunt adducenda in exemplum ea quae filij israel fecerunt eo quod illi expressa revelatione et praecepto Dei fecerunt quam plura. atque si possemus imitari illos quoad hoc seq. quod in bello iusto etiam poterit princeps occidere parvulos saracenorum quod est contra religionem christianam. probatur seq. quia filijs israel sic praecepit Deus ut nullum relinquerent neque parvulum neque magnum. Deus ergo qui est Dominus vitae et mortis tulit sententiam mortis contra illos et expressa revelatione praecepit filijs israel nos vero cum non habemus hanc revelationem debemus sequi regulam [illegible]

Secundum arg. est. Si Rex christianus occuparet modo bello africam posset servos facere omnes saracenos. posset et punire illos bonis suis modo posset occidere quam plurimos ob adulteria quae perpetrarunt praeteri[ta] ergo licet punire &c.

Rx q qñ bellũ est iustum cõtra quoscunq. captiuis ello iusto iure gentiũ sunt ipsorum capientiũ et sic hoies capti sunt serui capientium et qm nos hemus iustũ bellũ cõtra afros nõ qa sunt infideles sed qa occupant terras nostras et sunt nobis infestissimi ideo pot princeps christianus prouare illos bonis imo occidere. Vnde nõ est eade rõ de alijs infidelibus cõtra quos nõ habemus bellũ iustũ siue sint subditi siue nõ. Iure gentiũ vt. j. dicemus habetur q nõ oes cuies captae ciuitatis fiant captiui. Hactenus dictũ est de potestate ciuili quid possit cõtra infideles.

Etiam Dubm. Vtrũ potestas ecclesiastica possit compellere infideles ad seruidã legẽ nãlem et punire propter peccatum preterita. Et Videtur qd sic q princeps secularis pot cõpellere suos subditos ad seruidã legẽ nãlem ergo et ecclesiastica. ans patet ex dictis. 2a. probat qa PP. het potestatẽ s. oes principes christianos ergo si illi possunt cõpelere et PP. pot. 2° arg. qa PP. het potestatẽ predicandi euãgeliũ paganis ergo het potestatẽ tolendi impedimenta est aut ydolatria impedimentũ ergo pot illã tolere. In opposituũ est qa potestas PP. est potestas spiritualis et supnalis ergo nõ pot cogere ad legẽ nãlem

Pro explicatiõe. Not. P° q hic est sermo de infidelibus subditis principibus christianis. qa de nõ subditis agemus ar. 10. 2° Not. fundamentũ quod. s. Th. ponit elegãter. 4. d. 17. q. 3. ar. 1. q. 5. Dicit q operationes Ministrorum ecclesiae supponunt ipsã ecclesiã esse fundatam a Deo et sic oes actiones et passiones propriae Ministrorum ecclesiae christianae supponunt hominẽ esse intra ecclesiam fundatũ in fide et sacris presertim in sacro bapt qa sacrum bapt imprimit characterẽ qui character est potestas spiritualis ad suscipiendã actionẽ Ministrorum ecclesiae in susceptionẽ sacrorum et in alijs

Unde dicit S. Th. quod sicut opus creationis praesupponit ad operationem
agentis naturalis ita et ecclesiam esse prius fundatam praesupponi hic
ad operationem Ministri ecclesiae. v.g. ignis potest calefacere et habet talem
virtutem calefaciendi Attamen nisi corpus ustibile sit a Deo creatum nihil potest
agere. Ita et Minister ecclesiae habet potestatem spiritualem Attamen nisi ipse
homo sit subditus per baptismum non potest Minister erga illum exercere suam
potestatem. Unde sequitur quod sicut in naturalibus ut sint actiones et passiones
in agentibus corporibus est necesse quod sit communicatio in materia ita et in supernaturalibus debet
esse communicatio aliqua. ignis non potest calefacere caelum quia non conveniunt in materia
potest autem calefacere aquam et lignum quae est communio in materia. Sic quoque ut sint
actiones et passiones spirituales necesse est quod sit communio in prima potentia
spirituali haec autem est character baptismi. Unde si homo non est baptiza
tus nullam actionem recipit. Item si ipse Minister ecclesiasticus et PP.
non sit baptizatus nullam habet potestatem spiritualem. Ex hinc necesse est
quod operationes Ministrorum praesupponant ecclesiam fundatam. Sed si quis
arguit contra hoc. quia sequitur quod ecclesia non possit aliquem baptizare. et
et quod nullus homo potest recipere baptismum quia hoc est opus ecclesiastici.
Rx quod sicut opus creationis non praesupponit esse sed facit ex nihilo ita
et regeneratio spiritualis non praesupponit aliquod esse spirituale
sed facit illud ex nihilo. Ex hinc est quod sicut sufficit ad hoc ut quis
baptizetur sufficit quod sit homo corporis rationis ita et ut baptizet
sufficit quod sit homo. et sic Mulier potest baptizare. Item paganus et
infidelis potest baptizare quia nihil amplius requiritur quam servare formam
et intentionem faciendi quod facit ecclesia. et sic solet esse
Minister ecclesiae sed aliud velit facere quod fecit et praecepit Christus. Ipse
ad sacrum baptismi proprie loquendo non requiritur potestas ecclesiastica neque in dignitate
neque in subiecto? praeter. aliud autem quod pertinet ad potestatem spiritualem
praesupponit semper fundatam ecclesiam

3. Not. quod PP. absolute loquendo et per se est custos legis divinae et supernaturalis. Ista tamen lex est lex fidei, spei, et charitatis, et est lex sacramentorum. PP. ergo per se habet potestatem super istam legem spiritualem et est custos illius sicut princeps secularis custos est legis civilis.

4. Not. quod ista potestas PP. cum non sit terrena et temporalis est spiritualis per se loquendo. Spirituale autem dicitur 2. modis. Primo dicitur spirituale largo modo omne illud quod non habet corpus. et sic anima humana est spiritualis. angelus similiter. Item omnes actus et habitus naturales existentes in anima vel in Angelo sunt spirituales. 2o dicitur spirituale id quod est supernaturale datum a Deo hominibus ad consequendam et iustificationem et vitam aeternam. Et ita dicuntur res spirituales pertinentes ad potestatem spiritualem ecclesiae datam a christo et ad donum Spiritus Sancti efficiendum. Et si sint res corporales et sensibiles ut patet de sacramentis. Et isto modo accipitur spirituale in materia de symonia. Cum ergo dicimus quod potestas PP. est spiritualis intelligitur isto 2o modo. quia scilicet est potestas quae est donum dei datum a Deo ad finem supernaturalem. His suppositis sit.

1 conclusio. Potestas ecclesiastica directe et per se non potest cogere infideles quoscumque ad servandam legem naturalem. ~~Prob. quia potestas PP.~~ Dixi directe et per se quia per accidens et indirecte aliquando potest ut infra dicemus. Sed non possunt directe et per se extendit ad suum obiectum scilicet ad lucidum per accidens autem videt substantiam. Sic ergo potestas ecclesiastica directe et per se non est circa infideles. Prob. quia quidquid potestas est supernaturalis et spiritualis quidquid possumus de illa scire aut cognoscere in fide quod habemus ex sacris literis et ex communi traditione ecclesiastica et sanctorum sed ex sacris literis et traditione ecclesiastica non habemus quod ista potestas se extendat ad infideles. ergo. Minor prob. Primo ex illo Math. 16. Dixit christus Petro super hanc petram edificabo ecclesiam.

Ad hoc dixit Christus postquam Petrus confessus fuerat dicens Tu es Christus et Christus illi dixerat Beatus es etc. ecce hic est originale. et subdit Christus Tibi dabo claves etc. ecce clavis est pro termino et datur scilicet regnum aliorum. hoc tamen totum hic est spirituale et supernaturale clavis autem et aperit sub sub ditis directe per se quia est operatio in viribus dictionis. ergo circa infideles qui non sint subditi non est potestas spiritualis ecclesiae directe per se. 2º. loquor ad probandam istam conclusionem est ex Paul. 1. corint. 5. quid n. Mihi de his qui foris sunt iudicare nonne de his qui intus sunt vos iudicatis nam eos qui foris sunt Deus iudicabit. certum est quod Paul. loquitur de his qui intus sunt. i. de christianis. de his quoque foris. i. de gentilibus. quia licet isti essent permisti in eodem populo baptizati tamen sunt intra ecclesiam non baptizati autem sunt extra ecclesiam. de his ergo qui intus sunt iudicatis i. exercetis in illos potestatem. loquitur Paul aliter de illo fornicario quem iussit excomunicari quia habebat uxorem Patris sui. ille n. erat christianus et ideo potuit excomunicari. ergo potestas ecclesiae non se extendit ad infideles qui foris sunt i. extra sphaeram potestatis. Sed diceret aliquis quod Paul. loquitur de infidelibus non subditis principibus christianis quales erant corinthii. Nos tamen loquimur de subditis vel de sint qui his illa nihil probat. Sed dico quod hoc est sufficiens non solum quia Paul. absolute loquitur de his qui foris sunt etc. et est impertinens quod illi sint subditi principibus christianis. l. non. quia licet sint subditi temporaliter vere foris sunt et sic de illis verificatur sententia Paul. Tum quia Canonistae 2
communiter et etiam Theologi intelligunt illa verba Paul. de infidelibus etiam subditis principibus christianis ut erant iudaei et sarraceni. Ita intelligit gl. in c. post miserabilem. de usuris. ubi dicit quod Paul. in illis verbis intelligit quod si infideles peccent solum contra Deum non sunt puniendi ab ecclesia tamen aut si peccent contra proximum. Et sic loquitur Paul. de potestate directa quod s. Papa non habet potestatem directe s. infideles etiam subditos christianis in directe autem potest aliquam. ut dicemus. Sed 2º. posset quis respondere ad illum locum Paul. quod Paul. non negat.

eccl[esi]a[m] non habere potestatem puniendi infideles sed solum vult dicere, quod tunc suo tempore eccl[esi]a non habebat potestatem temporalem neque etiam principes christiani ad puniendos et cogendos infideles, ideo ait de his qui intus sunt vos iudicatis non de his qui foris, quia fortiores sunt vobis. At hoc est impunè dixi. At vero istam interpretationem est Dom. Doctoris Sepulveda. Et absque ulla ratione prorsus. Et ideo vincitur. Item quia est contra explicationem omnium Theologorum et sanctorum. Vid. Agust. Chrisost. Athana. Ambros. Theophilacti. S. Th. denique contra omnes est illa explicatio. Sed omnes intelligunt Paul. quod Ministri eccl[es]iastici non habebant derecere potestatem supra infideles. Tum etiam quia ex ipso contextu Paul. quod absolute dicit quid n. Mihi de his qui foris sunt iudicare. Sed potest esse 3.a solutio. quod Paul. loquitur solum de excommunicatione ita quod intelligat quod in eccl[es]ia non est potestas excommunicandi infideles At vero non negat quin sit potestas puniendi et cogendi ad servandam legem naturalem per alias penas. Sed dico quod etiam ista glosa est contra textum quia Paul. absolute loquitur de iudicio spirituali et dicit quod Ministri eccl[es]iae non possunt iudicare eos qui foris sunt. Sive per excommunicationem sive per aliam quamcumque penam. Patet quia sancti non illo modo explicant. Et hoc etiam amplius probatur ex. Agust. sermone 6. de verbis D[omi]ni. Tomo 10. ubi Agust. reprehendit christianos ex eo quod aliqua nimis cerent infidelibus in sacrificiis et comedebant de immolatis ydolis. et dicit expresse fratres ad me expectat ad vos loqui quod n. (inquit) Mihi de his qui foris sunt iudicare. Et loquebatur de infidelibus qui erant subditi in eadem civitate. et sub dit quod ad paganos loqui debemus sed aliter ait quam vobis .i. christianis illis ait blandiendum est ut audiant veritatem in vobis fortiter putredo secanda est. Et sic aperte fatetur Agust. quod non tollit ydola infidelium quia ipse non habet ad hoc potestatem si dat. Mihi potestas tollendi.

tolles.

Sed quod ait dabit illis potestatem quando facti fuerint christiani. Sed adueniat illis signum deutero. 7. dicebat Dominus cum datum fuerit terra hominum potestatem auferebatis et lucos eorum etc. quod ergo terra data est illis in potestatem qui facti sunt christiani hic auferri ydola. Sed prius ait auferenda sunt ydola tobis accordibus eorum postea etc.

Sed ad secundum ac auctoritatem August. ex. aliq. dicit primus ad auctoritatem Paul. quod s. August. non negat se esse potestatem tollendi ydola. sed dicit se non habere potestatem i. facultatem et vires quia gentiles erant plures aut etiam propter scandalum. et est apparens intentio propositi explicatio quod ut s. di xiiii princeps christianus habet potestatem tollendi ydola subditorum. cum illi afficiendi ad quos August. loquebatur essent subditi christianorum videtur quod August. haberet vires at tamen non poterat vti in re esse propter scandalum vel aliis causas. At tamen ista glo. solum probat quod imperator et princeps quilibet habebat vires destruendi ydola nostri. quod August. epis copus haberet illam potestatem nisi a potestate ciuili exprimi per esset illi dati. quin ipsis contrarium expresse afferat August. qui ait. non illis dedit illos Deus in potestatem. quod intelligit August. apte quod non erant subiecti dictis episcopali. Et sic probatur nostra conclusio. quia principes seculares permittebant ydolo latriam in illis cum tote August. episcopus non habebat potestatem illa tollendi.

P. hoc probatur ex. s. th. in q. 12. ar. 2. Vbi ait ad ecclesiam autem non pertinet punire infidelitatem in illis qui numquam fidem susceperunt secundum illud Apost. 2. corint. s. quod illis de his qui foris etc. et loquitur s. th. de infidelibus subditis qui sunt inter christianos. Sed dicet quis quod s. th. loquitur de infidelitate negatiue quod s. ecclesia non habet potestatem punire dicuntur non credit in christum. secus tamen si sit ydolatra. et si peccat contra legem naturalem. Sed ista glosa est fundamentis omnibus. quia vix aut numquam credo quod pagani illi duo vel qui in ipsis reges fuerint infideles qui non habuerint aliquem errorem contra legem naturalem sed essent infideles pure negatiue.

Maxime post adventum christi nunquam repertum est nationem fidelium quae non habuerint errores contra legem naturalem et sic. 5 ... de fide ... quierunt ... ecclesiae ... vel dicit quod ecclesia non potest ... secundum ... P. prob. ex ... usu et traditione ecclesiae quae ... legem aut decre... contra infideles ... principibus christianis ... leges civiles ... ad potestatem civilem non ecclesiasticam.

2º Principaliter ... ex fundamento ... PP. si non sit baptizatus non habet potestatem spiritualem ... et ... non potest illam exercere nisi circa baptizatos ... quia ut diximus ... habet ... proprium ... et agens et passum debent proportionari ... ut exerceat ... potestatem quod sit character bapt. ... 2º ...

Potestas PP. est spiritualis et omnis potestas ... fundatur in spirituali ... ubi PP. non habet potestatem spiritualem nullam habet potestatem ... quia ... potestate spirituali ... potestas papalis ... PP. ... si tu dicas quod PP. habet utrumque gladium ... gladius temporalis fundatur ... in spirituali et debet ... PP. non potest exercere gladium spiritualem circa infideles neque potestatem temporalem et quod ... sit verum ... quia si PP. venderet illam potestatem temporalem quam habet esset symoniacus ... est quia illa est annexa potestati spirituali et fundatur in illa. non autem loquor hic de potestate temporali quam habet dominium a Principibus quia ... Romae ... sed loquor de potestate temporali quae est annexa spirituali ... quia est PP. quia potest punire principes si ... fuerit

+ 3. ... omnis potestas ... I. ...

potestatē dirigēdi sibi subditos sm̄. proprias leges & puniēdi pe-
ccata cōtra proprias leges. Sed P.P. nō hēt potestatē dirigēdi istos nisi
deles sm̄. leges ecclesiae & puniēdi peccata cōmissa cōtra leges christianas
ergo nō hēt potestatē iurisdictionis in illos et circa legē nalem. Ma-
ior est notissima quia ois potestas ciuilis per se respicit propriū bonū &
legē cōmunem v.g. rex hyspaniae habet potestatē & potest dirigere
subditos sm̄ leges hyspaniae & rex franciae sm̄ suas leges. Minor per dictis
patet. quia PP. nō pōt cogere infideles ad credēdū neq. pōt cogere vt
illos vt ieiunent in quadragesima. aut nō comedāt carnes. neq. vt
baptizentur. 2ª. pro. pz. quia hoc est signū euidēs ad cognoscēdū quā aliquis
potestas pōt aliquē cogere ad seruādam legē nalem quā n. pōt coge
re ad seruādas proprias leges est signū quod est subditus & sic pōt
illū cogere ad seruādū legē nāq. At pro qui nō pōt cogere ad seruādas
proprias leges est signū quod nō est subditus & sic quod nō pōt cogere ad
seruādā legē nalem. v.g. Rex hyspaniae pōt cogere hyspanos ad
seruādas proprias leges & sic sunt sibi subditi & per 2ªes. pōt illos
cogere ad seruādā legem nalem idē est de Rege galliae & gallos.
& idē est de prelato Religionibus. & cōtra pro quia Rex hyspaniae
nō pōt cogere aliquē gallū ad seruādas leges hyspaniae cōvincit quod
nō est subditus & sic nō pōt cogere illū ad seruādā legē nalem. cū igitur
PP. nō possit cogere infideles ad seruādas proprias leges ecclesiae diui-
nas aut positiuas cōvincit quod illi nisi fideles nō sunt eius subditi
& per 2ªes. quod nō pōt cogere ad seruādā legē nalem. & sic per 2ª. quia ista
.... ad christū pertinet per se directe ad potestatē ciuilem. & hoc est quod dicit
Paul. quod foris sunt exēs iurisdictione ecclesiae.
Vltio. probatur. 2ª. PP. nō pōt cogere infidelē ad suscipiēdā fidē & ..
baptismū ergo neq. pōt cogere ad seruādā legē nalem. ans. xpt. 2ª. pz.
quia PP. solū hēt potestatē spiritualem in ordine ad finē supnalem
obseruātio legis nalis est quodā medium ordinatū ad finem ..

ad fidem. argumentum quia non potest cogere PP. ad praecepta fini[?] s. fidei, sed neque ad Medium. s. quod relinquant ydolatriam et servent legem naturalem. Est argumentum implicatum dicere quod aliqua potestas non possit me cogere ut servem praecepta finis et tamen quod possit me cogere ad Medium. quando non potest cogere ut audiam Missam non potest cogere ut ad hoc egrediar domum.

Contra: Si possit compellere ut relinquant ydolatriam ut veniant ad fidem sequitur quod possit eos compellere ut servent ad unguem omnem legem naturalem et ut vitent omne peccatum Mortale. probatur sequela quia omne peccatum Mortale est impedimentum remedii ad fidem unde qui christianus est vere subditus pontificium spiritualibus potest compelli ad vitandum omne peccatum Mortale quod est impedimentum remedii fidei sacrorum. hoc probatur ex c. novit. ex. de iudiciis. ubi dicit Innoc. 3. quod compertissimum est Rom. pontifici posse punire christianum pro quocumque peccato Mortali. Si quis PP. haberet potestatem disponendi infideles ad fidem potest illos punire propter omnia peccata et tamen non potest punire quando non baptizantur qui sine baptismo non deserunt peccata.

2a. q. Indirecte et per accidens potest aliquando PP. punire infideles qui frangunt legem naturalem ut si infideles sunt in iniurii christianis et pertinentibus ad religionem christianam. si perturbant christianos. tunc poterit punire et praecipere principibus christianis ut puniant. Et hoc ni sentit s. Th. ar. [illegible]. ubi dicit. quod ecclesia non habet potestatem iudicare de infidelibus spirituali iudicio sed temporali (aut) mediate, sed quando s. inter christianos commorantes aliquam culpam committunt et a fidelibus temporaliter puniunt. certe nolo quod s. Th. de culpa in fide ~~de~~ ~~tantum~~ qui si ista esset causa quia non diceret in certi. Sed de infidelibus simpliciter culpa monet. praetelligit quod s. Th. quando aliquid culpa infideles contra christianos ipsos ut explicatur ~~&c~~. 2a. q. Sequenti de qua statim dicemus.

Ad 1. arg. D. q PP. non het potestatem directam super infideles principes in rebus temporalibus, cum q non sint illi subiecti sicut dux albe est subiectus Regi. Sed excepti a PP. quantum ad temporalia. Unde si Rex statuit legem iustam circa temporalia in suo Regno non pot PP. tollere illam. Item si Rex statuat legem circa infideles personas sibi subditos non pot PP. tollere illam legem. ut si statuat legem q infideles sub diti possint ducere uxorem inter tertium gradum. et si PP. opposuerit illi possunt ducere uxores. Hoc habet veritatem, si iste leges vergant directe vel indirecte in detrimentum Religionis christianae et in dannum christianorum tunc pot PP. cogere principem christianum ut tollat illam legem et faciat legem iustam. Sic cum q. ut diximus pot cogere illum ut non praecedat totaliter. et sic omnia quae directe vel indirecte pertinet ad potestatem spiritualem pot illa papa ipse facere. Unde ad arg. dico q quando expediret bono publico christianorum cum q princeps ipse teneret sub Mortali tollere ydolatriam. Tunc pot PP. cogere principem. s. ipsos infideles ut melius poterit. q Tunc devolvitur potestas ad PP.

Ad 2m arg. Dicemus in alio dubio quomodo sunt tollenda impedimenta predicationis evangelicae.

Sed est arg. contra ea quae diximus. est Adriani contra Extravag. PP. est Vicarius Christi ergo pot cogere infideles sicut ipse Christus. Ad hoc dicit Cajetanus in 1. ar. 10. Sed prorsus negat. quoniam ratio q Christus non reliquit ecclesiae potestatem excellentiae quam habebat sed reliquit potestatem limitatam supra leges evangelicas et ut explicuit verbis et tende et non reperitur neque in eva. neque in usu ecclesiae q PP. habeat talem potestatem.

Hactenus de Ia q. articuli

Circa. 2am qem Ista q. est certissima cum tanquam de fide tenenda et probatur ex usu ecclesiae quae laudat et laudavit semper religionem principum Moventes bella publica contra infideles impugnantes religionem christianam.

22. q. 10. A3. 8

2 P. qui omnis Resp. perfectam habet potestatem vindicandi iniurias sibi illatas
/de bello/ per bellum quamvis non possit. Maior nota lumine naturali. Sed ecclesia est resp. que est perfecta. Ergo. Minor probatur quia quando non destruit naturam quam si regnum hispaniarum patre quod sub ciperet fidem christianam erant resp. perfecta multo magis postquam recepit. Si ergo hoc regnum poterat antea indicere bellum contra eos qui impugnabant suas leges etiam nunc potest. Stabilimus P. exemplis in sacris literis. Deinde Vid et alijs qui indicebant
3 bellum contra alios Reges propter iniurias sibi illatas. P. 2 Arg. principes christiani possunt indicere bellum contra illos qui pro
4 aut iniserunt damnum in temporalibus ergo multo magis in spiritualibus et pertinentibus ad Religionem Sed infideles qui blasphemijs et malis persuasionibus aut aptis persecutionibus impediunt nostram religionem irrogant iniuriam gravissimam in spiritualibus. Ergo.
Sed contra istum est arg. qui [illegible] blasphemantes religionem christianam est iustum bellum. Sed quia contra [illegible] ydolatras est non sub ditos possimus habere bellum iustum quod est falsum. Sequela probatur quia ipsa ydolatria est blasphemia quedam contra Religionem christianam. Hoc
Item Iudei dicit. S. Th. 2. 2. q. 94. ar. 3. ad 2. dicit ydolatriam includit Magnam
Item Iudei dicunt christi blasphemiam in quantum Deo subtrahit Divinj singularitatis et hoc
non esse verum opere impugnat ydolatria ergo dicendum est habemus iustum bellum
mex. ianeque contra ydolatras. Et. s. qui blasphemant. Et qui opere impugnant fidem.
Deum. Propter hoc Arg. Sepulvedae. Tenet quod habemus Iustum bellum contra infideles. Et confirmat hanc sententiam Arg. ex auctoritate Nicolaj Lirae. quam supra numeravit. c. 31. Numerorum. 12. ca. quibus ex sacris literis colligit quod filij israel fecerunt iustum bellum contra paganos. Et P. ex eo quod est quando in aliqua provincia per ydolatriam nomen Dei blasphematur ut patet. deutero. 12. Sed dico quod iste titulus iusti belli contra yndos est iniustissimus et iniquissimus et nullus est

Unde ad Arg. ex verbis S. Th. Rx. quod sine dubio diceremus quod S. Th. sentit in hoc ar. quod ipsa ydolatria est blasphemia propter quam licet inferre illis bellum. est blasphemia contra. S. Th. quia tribuit alii ygno rantia. quia si propterea esset causa licita esset bellum. quod ne asseverit dicere quod propter blasphemias et quia suasione mala aut aperta persecutione licet inferre bellum. sed sufficeret dicere licet inferre bellum propter infidelitatem. quia nulla erat infidelibus tempore S. Th. quae non includeret magnam blasphemiam et facto ipso impugnaret religionem nostram et quod de ydolatris apte posset. Deinde ex verbis quod eadem ratione licet eos occidere quia quando profitentes suis ritibus Messiam non venisse facto ipso dicentes profitentes Christum redemptorem nostrum non esse deum neque redemptorem. Intelligitur dicentes ritus Iudeorum includit blasphemiam contra nostram Religionem quam ritus paganorum. Item de sarracenis aperte est. Ergo non esset necesse quod S. Th. diceret propter blasphemias.
Unde dico quod S. Th. hic loquitur de blasphemia formaliter et proprie dicta. blasphemia autem formaliter consistit in verbis. ut infra dicet q. 13. sicut enim contumelia consistit in verbis contra proximum ita blasphemia contra Deum. quando ergo infideles blasphemant contra pactum Religionem nostram possumus illis inferre bellum quia faciunt nobis iniuriam. quando vero S. Th. dixit quod omnis ydolatria includit blasphemiam contra fidem intelligitur includere et facto ipso. sicut omne peccatum mortale et praecipue peccatum facto ipso profitetur Deum esse aut iniustum aut ignorantem quod est blasphemia. Item adulterium committens illi innumerantur. et hoc est facto dicere quod deus non est ultor.
finis. Demum ait Paul. de omnibus peccatoribus. dicunt se nosse Deum factis autem negant. et tamen proprie loquendo non sunt blasphemi omnes peccatores.
Ad Nicolaum Lyranum. Rx quod ille loquitur de blasphemia improprie et in facto ipso. et sic quoque limitanda est ex ratione. et ex antecedente

scrip.e qua probat illam ita q nõ intelligit Nicolaus q liceat inferre bellum propter solam blasphemiam quam illudit ydolatriam. sed dicat q filijs israel fuit licitum occidere gentes illas terrae promissionis propter ydolatriam. qa Deus ad hoc concedit illis potestatem. Et hoc constat ex illo. c. deutero. 12. q loquebat' de filijs israel et de gentibus quae incolebant terram promissionis quo aut liceret filijs israel inferre bellum alijs gentibus dicemus ar.º 10.

Ex hiis seq.r corolarium. q stat aliquem infidelem peccare gravius peccato contra fidem q alius et q iste possit puniri q illius peccavit ille tamen nõ. v.g. sint. se illius peccatum est blasphemia q infidelitas et tamen si aliquis iudeus blasphemet christum debet puniri a principibus christianis. et tamen si simpliciter nõ neget christum esse deum nõ potest puniri. Item illius peccatum est blasphemia q ydolatria. et tamen propter blasphemiam possunt debellari ydolatrae etiam propter ydolatriam. Ratio est qa blasphemia redundat in iniuriam et scilicet proximus iudicemus. ydolatria tamen est solum contra deum. et nos nõ sumus iudices omnium peccatorum quae sunt contra Deum

Est Dub.m circa id quod dicit s. th. q compellendi sunt infideles ne impediant fidem. Dub. utrum infideles impedientes predicationem evangelij possint debellari. v.g. accidunt predicatores ad aliquam civitatem ut predicent evangelium et cives nolunt illos recipere sed expellunt. utrum propter hoc possint debellari. videt q sic ex s. th. qa possumus compellere ne impediant fidem. illi tamen impedientes predicationem impediunt fidem. In oppositum est qa credere est voluntarium. ergo et audire fidem est voluntarium.

Rx Ad. Dico. 1. q ecclesia habet potestatem predicandi evangelium per totum orbem et habet ius ad hoc. Prob.r hoc ex sententia omnium theologorum. pz. et. Marci ult.º ubi dixit Xpus. predicate evangelium

omni creaturae. ecce Christus imponit praeceptum quod cohibitum praedicandi.
Item Math. ult. euntes docete omnes gentes &c.

2°. Dico quod si est aliquis Princeps infidelis qui propter tyrannidem et malitiam non vult admittere praedicatores evangelii. et sunt in sua civitate vel provincia aliqui volentes audire praedicationem evangelii. ille talis potest iuste debellari. probatur. quia ecclesia habet ius praedicandi evangelium ergo qui impedit facit iniuriam evangelio ergo potest vindicari. Item illi qui volunt audire habent ius audiendi ergo princeps christianus potest defendere illos a suo tyranno principe et reducere in libertatem ut possint audire evangelium. Item si essent aliqui infideles qui volunt baptizari et fieri christiani et principes eorum non sinunt illos baptizari potest compelli per bellum ut illi habeant libertatem recipiendi baptismum et fidem. ergo idem est de praedicatione evangelii quae est via et medium ad credendum.

3. Dico quod si in aliqua provincia non habent plenam notitiam rerum fidei et tamen princeps illius provinciae habet plenam notitiam rerum fidei. si ille non vult admittere praedicationem ~~~~~~~~~~ potest debellari. probatur quia regulariter credendum est quod etiam ibi erunt aliqui qui volunt audire necnon quia regulariter credendum est quod erunt aliqui praedestinati ex dictis quia subditi habent ius audiendi. et regulariter credendum est quod sunt plures qui volunt audire. et confirmatur quia si invenerit legatus aliquis qui deferat nuntium optimum et necessarium ad bonum publicum civitatis. et princeps non vult admittere legationem postquam non vult legationem. populus habet ius audiendi legationem ergo alius princeps potest adiuvare populum contra suum principem et debellare illum. Item praedicatio evangelii est maxime necessaria ad salutem omnium ergo si princeps nolit quod praedicetur evangelium potest compelli per principes christianos. et confirmatur quia licitum est defendere innocentes. quia unicuique mandavit Deus de proximo suo. videlicet iste populus potest a tyranno defendi a principe christiano. Item Istae 3. conclusiones sunt multis probabiles quamvis contrarium non sit improbabilis et videtur quod ad principes spectant sub lege naturae examinare doctrinam novam.

Maxime quae spectant ad Religionem et si iudicaverit expedire quod praedicet populo. Si vero iudicaverit non expedire quod non praedicet. Quod si aliquis apostolus accederet ad aliquam civitatem et praedicaret illi doctrinam novam. Tunc legem naturalem ad principes spectabat vocare illum et praecipere quod non praedicaret populo donec examinaret illam doctrinam convocatis cum aliis hominibus doctis. Et si decernerent non expedire illam doctrinam suo populo, Tunc non debebat apostolus praedicare. Saltem quousque Maiores et principes intelligerent doctrinam Christi. et videret apostolus quod propter solam Malitiam nolebant illum admittere.

Ultimo dico quod ubi omnes nationes tam populus quam principes sint Christianis contra evangelium et nolunt audire praedicationem evangelii non possunt debellari neque compelli ut audiant. Hoc probatur ex Gregorio in registro. lib. 1. epist. 34 ubi dicit oportet quod ut ad audiendum de verbis Dei benigne conveniant et non austeritate expavescant. At vero si populus aut principes dicerent noluntque audire et bello compellerentur esse magna austeritas. Item probatur c. qui sincera 45. d. Item probatur Lucae 9. cum Christus transiret per Samaritanos noluerunt Samaritani illum recipere. et dixerunt apostoli vis dicimus ut ignis descendat de caelo et comburat illos Respondit Christus nescitis cuius spiritus estis. acsi diceret. iste erat spiritus legis veteris quae data est cum terrore At spiritus legis novae benignus est. non venit (Christus) animas perdere sed salvare date illis locum poenitentiae non occidatis illos neque persequamini eos gladio de terra. Item Lucae 10. dixit Christus Si non luerint recipere vos exeuntes de civitate excutite pulverem pedum vestrorum in testimonium illis et dicite. Scitote quia appropinquavit in vos regnum Dei. et regnum Dei.

22. q. 10. A. 8.

1. P. q. fides ipsa est voluntaria, vt audire predicationem est voluntarium. 2. est evidens. q. nullus habet maiorem vim circa medium quam circa finem. Sed predicatio est medium ad fidem. q. fides ex auditu. ergo si non potest quis compelli vt credat neque potest compelli vt audiat. Confirmatur. qui non possunt compelli vt baptizentur neque vt catechizentur.

Ultimo probatur apostolus ... iste homo non potest compelli vt audiat fidem neque ... quia ... qui nunquam ... est in ecclesia ... omnes ... et compellit vt audiant fidem ... sunt ... aliqui sarraceni in ... et hi non possunt compelli vt audiant ... evangelij. Ex his sequitur quomodo sit intelligendus ... 2. q. S. Th. et Caiet. ... qui dicit quod possunt debellari impedientes predicationem. Se intelligit quando impediunt taliter quod sint plures in populo qui volunt audire predicationem evangelij. Sed est argumentum contra ... ecclesia habet ius predicandi euangelium ergo habet ius compellendi infideles ut audiant. ... istud ius esset frustra. ... cui datur potestas directiua datur etiam coactiua. ergo ecclesia habet ius predicandi et ius compellendi vt audiant maxime quia illi habent preceptum audiendi sicut et credendi. R. quod sicut diximus s. sicut ecclesia habet ius baptizandi omnes infideles quicunque voluerint baptizari sed tamen non possunt compelli ad baptismum. sic etiam habet ius predicandi volentibus audire. quia credere et audire fidem voluntarium est. Hoc insinuauit Christus cum dixit predicate euangelium ... qui crediderit. i. qui voluerit audire et credere. et hoc etiam insinuauit Christus Math. 10 et Luce. 9. et 10. si voluerint audire ... et si receperint ... puluerem ... Et hoc habemus ex vsu ecclesie. Circa hoc ... est verum vt diximus quod ecclesia habet ius compellendi predicationem quando alij volunt audire. Aliud est quod dicere ecclesia potest compellere ad audiendum. et potest compellere ne impediant predicationem. Primum est falsum. 2m est verum. et tamen S. Th. dixit esse ius compellendi vt fidem non impediant.

22. q. 10. Ar. 8.

Circa 8. q. Nota quod est quaestio de fide. quod ecclesia iuste punit haereticos.
1 hoc probatur ex ... de lege ix. Item ex cap. de haereticis per multa c. et lib. 6. et ex
3 tit. per similes leges. C. de haereticis. Docet probatur ex D. August. epist.
48. et 50. ubi agit ex professo de iusta haereticorum punitione. Et
licet August. aliquando putaverit non esse licitum haereticos punire sed postea
mutavit sententiam. ut probatur epist. 48. ad vincent. donatist. et refert
S. Th. ad 1. Similiter Chrysost. aliquando fuit oppositae sententiae
2 secundum quosdam contra quos est quaestio ... Lutherus et dixit quod haereticos comburi
est contra voluntatem Spiritus Sancti. est art. 33. et damnatus est in bulla
Leonis 10. Vide etiam Roffen. ar. 33. Confirmatur R. nostra q. aucto
4 ritate Platonis lib. 10. de legibus. ubi postquam determinavit contra philosophos
quod sit Deus et habeat rerum providentiam: postea ponit leges
et poenas contra illos qui male sentiunt de Deo. Et circa finem. dicit quod isti qui
male sentiunt de Deo in carcerent per quinquennium et nullus de
populo loquatur cum illis nisi certum genus hominum qui nunquam loquatur
illis de aliis quae spectant ad salutem animae suae et si in isto tempore
modesti facti fuerint habitent inter modestos. Sin autem damnen
tur et capite plectantur. Si ergo licuerit licitum punire sic relinquentes
5 religionem naturalem multo magis nostram. R. ratio probatur. licitum est punire adul
teros sicut et reliquos utrosque et licebit punire corruptores reli
gionis nostrae et sacrilegos. probatur quia multo magis bono publico
haereticus quam adulterant homicidae. quanto minus bonum publi
cum est religio et fides catholica quam vita unius aut alterius. R.
6 quoniam Respub. iuste punit negantes proprium regem et seditionem
excitantes contra ipsum ergo iustissime puniuntur haeretici et aposta
tae qui negant proprium regem Christi. et excitant seditionem in ecclesia.
Contra istam quaestionem est argumentum de illa parabola zizaniorum. Math. 14
Id est. S. Th. ad i arg. ex D. August. quod si verum ...

q. q̄n non possint puniri heretici absque maiori periculo fidelium relinquendi sunt ad tempus. Et hoc est quod dixit X. ne forte eradicetis &c. At tamen si potest eradicari zizania non eradicando bonum semper debet quia ipso dicatur &c. non esse bonum.

2m. arg. est quod hereticus eo ipso quo amittit fidem non est membrum ecclesiae ergo non potest puniri per ecclesiam. ant. notum. q. n. pz. quia si non est membrum ecclesiae neque subditus est. ergo non pertinet ad ecclesiam de illo iudicare. Sic enim ratione diximus quod non potest punire infideles qui nunquam fidem susceperunt. Rx. distinguendo ant. non sunt membra communiter concedo. non sunt membra praecisa negatur. vbi de q. n. nego vaeet. quia illi fuerunt membra communiter per professionem fidei et susceptionem characteris bapt. qui est indelebilis semel fuerunt subiecti potestati ecclesiae. quia dimanet charactere bapt. neque evitantur omnino sunt subiecti et sic possunt puniri et potest illis applicari medicina per ecclesiam. et ideo possunt compelli ut audiant fidem. Docet pz exemplo corporis enim quod sibi contingit. Membrum mortuum quod est mortuum similiter si fore praescindatur medici omnes operantur si possunt ut illud membrum vivum iungere corpori ut ad medendum operantur per medicinam. et idem est de membris Reip. civilis. et idem est de membris Reipub. christianae

3m. arg. arg. est quod PP. eo ipso quo fit haereticus amittit iurisdictionem Papalem quia alii christiani eo ipso quo fiunt haeretici desinunt esse subditi PP. ant videtur verum quia potestas PP fundatur super fide. q. n. tamen pz. ex paritate rationis. quia per admissionem probavi debet propositionem. Rx. P. quam ant est falsum quod PP. et si fiat haereticus dummodo sit baptizatus non statim amittit iurisdictionem. Alii tenent oppositum ut supra diximus. Ideo 2°. negatur q. n. quia ut quis habeat iurisdictionem plus requiritur quam quod aliquis sit subditus. et ideo credit probabiliter christianus intendunt quod PP. eo ipso quo amittat fidem amittat potestatem iurisdictionis quia sic ex pedire ad bonam gubernationem.

ut accipit ecclesia idem in terris non esset sine fide domicilio ecclesiae. s. fide
et propter periculum possit. Ad 3um ut quis sit sub ditione regis
fideles sed saltem est quod sentit professione characterem etc. et ex p
debat ad bonum ecclesiae ex hoc ex postulat etc. ut dictum est.
Alia plura quae spectant ad materiam de fide hab. dicemus q. q. 11.

Ar. 9. Utrum cum infidelibus possit communicari.

1. q. ecclesia non prohibet conversationem infidelium quia nec habet fidem sub ape rum imperio ipsorum. 2. q. ecclesia inste prohibet conversationem infidelibus et apostatis in perpetuum. 3. q. quando est periculum conversandi cum infidelibus prohibenda est talis conversatio quando vero non est periculum permittenda.
Circa hunc ar. erat hic dubium utrum haeretici immediate sint excommunicati. de quo agitur in materia de excommunicatione. Resp. quod non sunt excommunicati. sed immediate sunt excommunicandi per potestatem ecclesiae.
Circa 3. q. illa potior est ratio hic quia est periculum quod est in conversatione cum infidelibus etiam in conversatione in doctrina illorum et sic oritur difficultas de lege dictis libris haereticorum. et sic dico quod iustissime ecclesia praecipit ne christiani legant libros haereticorum quia corrumpunt bonos mores colloquia prava sicut est quod non debent legere tales libros nisi viri docti et firmi in fide. ut sunt reprobatores haereticorum etiam cum licentia superioris.

Ar. 10. Utrum infideles possint habere praelationem sive dominium s. fideles

1. q. non expedit ut fideles habeant dominium s. fideles. 2. q. infideles ex eo quod sunt infideles non amittunt dominium s. fideles.
3. q. ecclesia habet potestatem auferendi dominium quod infideles habent s. fideles
Circa 1. q. non est difficultas. Sed circa 2. q. est dub. utrum infideles eo ipso quod sunt infideles amittant dominium et super fideles et s. alios etc. Videtur quod sic. quia illi infideles subtrahunt se a dominio et subiectione dei ergo merito perdunt dominium rerum sicut

arg. pr. qui illi negat Deum esse dominum omnium. 3a pr. quia iustum est ut qui non est subditus Deo nullus sit subditus illi. In oppositum est s. Th. Ad istam q. Hostiensis sup. c. quod super his. de voto et voti red. tenet quod in adventu Christi omnis honor omne dominium omnis potestas translata est ab infidelibus ad fideles et sic infideles nullum habent dominium rerum suarum. Probat. ex illo eccles. 10. Regnum transfertur a gente in gentem propter iniustitias et iniurias et contumelias et diversos dolos. Item ex c. de constitutione. c. translato. ait Paul. hebreos 7. translato sacerdotio necesse est ut et legis translatio fiat. Super istud dictum Paul. 2
dicit. August. quia n. simul et ab eodem et sub eadem sponsione utraque data sunt quod de uno dicitur necesse est ut de altero intelligatur. videtur data sunt ista duo et lex et sacerdotium simul et ab eodem. sed sacerdotium translatum est ab infidelibus ad fideles ergo et leges omnes. ergo potestas legis et per consequens et rerum domini quae habentur ex lege. Item probatur. quia dixit 3
Christus. Math. 21. auferetur a vobis Regnum et dabitur genti facienti fructus. ergo sicut aufert Regnum a Iudaeis etiam aufertur ab aliis infidelibus et datum est christianis quia illi sunt qui faciunt fructus Regni caelorum. Et si rogetur apud quos ergo fideles est istud dominium. Et ille quod istud dominium est translatum ad papam. Itaque Pp. simpliciter illum est Dns orbis terrarum sub Deo. et hoc probatur quia Pp. habet potestatem Christi super terram Christus autem est Dns omnium iuxta illud datum est mihi omnis potestas et. et ille est Rex Regum et Dns dominantium.
Sed dico quod ista opinio est non solum falsa sed periculosa et erronea. Sit ergo 1a conclusio infideles quicumque sive ante adventum Christi sive post non amittunt dominium rerum suarum. Pro explicatione. Notandum. 1o quod dominium est 2x. Alterum est rerum. Alterum iurisdictionis. sive aliter. Alterum domesticum Alterum politicum. Domesticum est quod habet civis quisque super res proprias quas possidet. Politicum vel sive iurisdictionis est quod habet rex super regnum. dux supra suos vasallos.

dardanum ait quod multi venerantur istum librum dicens quod singu
la verba totius originale continent sacramenta. Et d. Augustinus
2. lib. de doctrina christiana c. 8. recenset illum inter libros
sacros. de hac re videndus est omnino eusebius loco citato
vbi refert sententiam dyonisij patriarche alexandri
ni ~~[illegible]~~ qui magnifice de illa scriptura sentit. verum
est quod ille patriarcha aliquot coniecturis saluissimis
tamen probat quod ista apocalipsis non sit Joannis apostoli
sed alterius Joannis presbiteri sed tamen certissime tenendum
est quod sit Joannis evangeliste quia ipse Joannes ait in prin
cipio quod cum esset relegatus in exilium in insula patmos
propter verbum dei et testimonium Jesu, i. propter evange
lium quod scripserat. Et hoc sensit hieronimus supra reci
piens apocalipsim Joannis apostoli [illegible]
est prope credendum [illegible] testimonium concilij.

Vide Lib. 4.

canone. 16. Whart ergo consilii ipsum Joannis esse sacrosancti ipsum ergo qui de hoc dubitaverit anathema sit / Et ideo licet usque ad tempus [illegible] illius [illegible] hodie [illegible] haeresis dubitare de illo libro.

De epistola Jacobi Jam dictum est quod olim fuerit de illa dubitatum etiam hac nostra tempestate Caietanus in principio illius epistolae et Erasmus in annotationibus illius epistolae levissimis rationibus volunt probare quod non sit d. Jacobi.

Sed certissime tenendum est quod est epistola Jacobi et certa fide tenendum est quod est epistola canonica quoniam concilia sancti et illam recipiunt ut patet ex d. hieronimo de viris illustribus in vita Jacobi et omnia concilia allegata illam recipiunt. luterus tamen negavit illam esse sacrosanctam scripturam quia contendit esse contrariam dicitur enim Jacobi quod fides sine operibus mortua est et non justificat hominem sine charitate luterus tamen tenuit oppositum.

De 2. epistola Petri olim etiam dubitatum est an esset Petri et esset sacrosancta scriptura. et eusebius caesariensis lib. 3. historiae ecclesiasticae c. 3. refert illam dicens non esse canonicam sed tamen legi in ecclesia ad edificationem fidelium.

Sed tamen dico quod si aliquis hac tempestate hoc diceret esset hereticus sed illa est beati Petri et est sacrosancta scriptura quia omnia sancti et concilia allegata illam recipiunt inter libros sacros.

De 2. et 3. Joannis etiam olim est dubitatum an essent sacrosanctae neconstare Eusebius lib. 3. historiae ecclesiasticae c. 25. dubitant an illae epistolae sint Joannis apostoli an illius sint cuiusdam Joannis presbiteri. similiter dubitat hieronimus lib. de viris illustribus describens vitam Joannis evangelistae. et similiter in epistola ad [illegible] [illegible] praeterea Caietanus in commentariis illarum epistolarum dicit quod illae epistolae non sint canonicae [illegible]

[illegible] [illegible].

Sed dico quod iam non licet dubitare quin sint Canonicae, quia
omnes sancti et Concilia allegata recipiunt istas. 2.2. Sed
tamen advertendum quod Innocentius primus in illa epistola ad Exu-
perium Tholosanum episcopum c. 7. recensens libros canoni-
cos refert 4or epistolas beati Joannis cum alii ancillis
tantum referant tres sicut modo in biblijs habemus. Forsi-
tan tempore precedenti prima epistola in aliquibus codi-
cibus prima epistola erat divisa in duas
De epistola Judae similiter est dubitatum. sed iam non
licet dubitare ut hominibus libris. neque obsistit huic veritati
quod in illa epistola allegat Judas testimonium ex libro Enoc / cum michael
qui est apocryphus ut patet ex c. sancta romana [illegible] archangelus etc.
ecclesia 15. d. Hoc enim non est inconveniens quod sancti scripto-
res allegaverint testimonia ex libris apocryphis sicut
allegant testimonia gentilium. Paulus 1. ad Titum primo alle-
gat testimonium philosophi epimenidis. cretenses male
semper mendaces etc. similiter actorum 17. allegat Paulus
testimonium ex arato poeta ipsius genus sumus.
De epistola ad hebreos quae est quartadecima liber novi testamenti
similiter est dubitatum et modo dubitant. Erasmus in scholijs [illegible]
ieronymi [illegible] probare quod illa epistola non sit pauli. in c. 2.
annotationum illius epistolae et c. 9. [illegible] demonstratio [illegible]
[illegible] in fine omnium annotationum. Et ipsius conclusio est
quod ista epistola nunquam fuit recepta pro divi pauli epistola
nisi a tempore d. hieronymi. cuius primitiva ecclesia [illegible] sic
dubitaverit videlicet quod sit Pauli. Et confirmat hoc quia
d. Ambrosius ediderit commentaria super omnes epistolas pauli
et in de hac nihil meminit signum est quod illi non putaverit
esse pauli. Item quia d. august. saepe assumit multa testimonia
illius epistolae et tamen nunquam illam nominat esse pauli sed
ait in epistola quae inscribitur ad hebreos. Ipso contra
conclusionem est quod [illegible] illius epistolae [illegible] illius epistolae

est valde differens a stilo aliis qui multo elegantius loquitur
[illegible] epistola. sicut Clementis qui successor
fuit Petri. Caietanus ex proposito videtur destruere
omnem authoritatem illius epistolae in comentario illius epistolae
et ait quod illa epistola non fuit scripta hebraice sicut
multi putant et probat una ratione quam dicit se con-
vinci quoniam [illegible] huius epistolae c. 7. illius epistolae loquens
de melchisedec ait melchisedec interpretatur rex
iustitiae. si ergo illa epistola scripta est hebraice idem esset
rex iustitiae quod melchisedec. et sic [illegible] dicere
quod melchisedec interpretatur [illegible] melchisedec quod esset
[illegible] interpretatio.
2. dicit quod illa epistola non est Pauli. probat quia d. hiero-
nimus est dubius de epistolae huius authore in epistola ad
paulinum et in epistola ad evagrium et in lib. de viris illustri-
bus agens de vita Pauli. dicit quod illa epistola secundum tradi-
tionem est barnabae secundum alios est lucae evangelistae. ipse
tamen probat magis quod sit Clementis qui [illegible]
quae [illegible] et Caietanus [illegible] in sua
sententia et sequens hieronimum dicit se negare Paulum
esse authorem
3. dicit quod ista epistola non est canonica scriptura neque [illegible]
mus ex illa sicut ex [illegible] testimonio ad confirmandam doctrinam
[illegible]. probat quia cum authore sit dubius sive Paulus an
alius propter ea etiam eius epistolae authoritas est dubia.
2. probat quia author illius epistolae c. 1. volens probare
quod christus sit verus deus et superior natura invisibilem et angelis
superior adducit illud quod legimus 2. regum 7. et. 1. par
[illegible] 28. ubi ait ego ero illi in pa-
trem et ipse erit mihi in filium. et tamen certissime constat
quod illa scriptura intelligitur ad literam de Salomone et non
de christo [illegible] sicut et [illegible] scriptura

corrupta aeum quae tota non possunt intelligibilis. Et
tu. si Apostolus esset auctor illius epistolae, quomodo non esset
contentus apostolus adduxerit illud testimonium in sensu mi
stico et spirituali quaesere imagines cum Judeis peritis
simis scripturae et de summa suae religionis s. pro dec.
esse rec[illegible]. 3. arguit. quia in c. 2° illius epistolae auctor
epistolae se numerat inter illos qui receperunt doctri
nam evangelicam ab illis qui audierunt ex ore Xi. ibi
confirmatum est in nobis. Et tu. Paulus expresse dicit
ad galatas. i. quod non accepit evangelium ab homine neque
per hominem sed per revelationem Jesu Christi. 9.
Postremo arguit Caietanus argumento potissimo. probat n. quod
illa epistola contineat falsitatem quia in c. 9. refert quod in sancta
sanctorum erat arca testamenti in qua continebatur urna manna
et virga aaron quae fronduerat et tabulae testamenti. Et
tu. ista sententia expresse adversatur scripturae quia 3. reg.
8. legimus quod in arca nihil aliud continebantur tabulae testa
menti. ergo illud quod dicitur in epistola est falsum. dicit tamen Caie
tanus quod auctor huius epistolae fefellit illud quod legimus exodi.
16. ubi praecepit dominus servari mannam coram sancta
sanctorum et numer. 17. ubi praecepit servari virgam aaron quae
fronduerat putavitque auctor illius epistolae omnia deberent
servari intra arcam et ita falsus est. Ergo tamen dico quod
in omnibus istis turpiter fallitur Caietanus. Unde Ad
Ad dub. 2m. quod ista epistola scripta est ydiomate hebraico
quod dicebat Caietanus. Probatur ex Eusebio caesariensi
3° lib. ecclesiasticae historiae c. 37. ubi dicit quod Paulus scripsit
ad hebreos patria lingua. idem ipse dicit lib. 6. c. 14. et addu
cit in testimonium Clementem alexandrinum episcopum
qui fuit multum vicinus tempori apostolorum. qui
Clemens dicitque Paulum ingenium suum [illegible] scripsit
illis in epistolam in patrio sermone. Et eodem lib. 6. c. 25.

adducit Origenem in eandem sententiam. dicit Origenes
quod Clemens ipse qui successit Petro transtulit istam epi-
stolam ex hebreo in grecum idioma et similiter ipse so-
lere dolet grecam eorum eloquentiam. D. Hiero. lib. de viris
illustribus in vita Pauli idem tenet et dicit quod scripsit he-
breus hebreis hebraice .i. sua eloquentia disertissime et pro-
pterea eloquentior est Paulus in hac epistola quam in aliis.
Videndus est de hoc Driedo lib. 1. de eccle. scrip. et dogmatibus
c. 1. qui idem tenet

2°. dico quod temerarium est et forte est error in fide
negare authorem huius epistole esse beatum Paulum. Pro-
batur. omnes pontifices ab ipso Petro cum toto concilio
omnes sancti tribuunt hanc epistolam d. Paulo quod omnes patet
quod Anacletus qui fuit discipulus Petri et adducit illam in
2. epistola de episcopis et primatibus ait quod Xpus. secundum ratio-
nem est minor factus et ipsis angelis et probat ~~et~~ sicut dicit
apostolus 2. c. epistole ad hebreos videmus Jesum propter passio-
nem mortis gloria et honore coronatum. Item Iginius pp. anti-
quissimus in suis decretis dicit esse epistolam Pauli. Idem
dicit Felix pp. et alii. D. Hieron. 2. contra Jovini-
anum idem tenet et in epistola ad Dardanum ait illud
nostris dicendum est hanc epistolam que inscribitur ad hebreos
non solum ab ecclesiis orientis sed ab omnibus ecclesiasti-
cis grece sermonis scriptoribus receptam quasi Pauli
licet aliqui dubitaverint. August. lib. 2. de doctrina xpa.
c. 8. recipit illam pro d. Paul. similiter 2. pp. 8.
expositiones illa tota cum subreptionibus pedibus eius. 3.
de trinitate. c. 11. et lib. 16. de ~~trini~~ civitate. c. 22. ait
quod plures recipiunt istam epistolam pro apostolo licet
aliqui dubitent. quare propterea mirum est quomodo dixe-
rit Erasmus quod nunquam August. tribuit illam epistolam Paulo

3º dico. hereticum esse asserere istam epistol. non esse
sacram scripturam. Probatur ex omnibus conciliis s.
allegatis. Item ex omnibus pp. a beato petro. et omnibus s.
n. doctoribus qui confirmant veritates fidei ex testimo-
niis illius epistolae. Item probatur ex authoritate et maiesta-
te illius epistolae quae nihilo cedit aliis scripturis sed potius
superseminet quantum lenitas et lenitate verba et impressi.
Est tertium testimonium pro hac veritate ex concil.
ephesino uno ex 4. generalissimis quae recipiunt sicut
4. evangelia ut patet 15. d. c. sancta Romana ecclesia.
c. 10. illius concilii probatur Christum esse nostrum pontificem
et apostolum ex c. 3. illius epistolae. et c. 13. ait concilium
cum Christus sit vita et vivificans deus et hic in corpore quod
pro nobis assumpsit gustavit pro omnibus mortem ut dicit
Paulus apostolus c. 2. illius epistolae.
Ad commune argumentum ad primum dicimus esse falsum omnino tota tempo-
re Petri ut adduximus ex Clemente qui recepta omnino p.
Hieronymus concedit ut habuimus ex epistol. ad Dardanum.
cetera nullius sunt momenti ut patet ex dictis.
Ad 2m respondet Caieta. Christum quod nullius est momenti pro eodem
probaret in genesi non est scriptura hebraica quae c. 35. po-
stquam rachel peperit beniamin id est filius doloris mei. et pater
appellavit illum beniamin id est filius dexterae. Christus quod
interpretes scripturae dedita opera relinquunt aliqua
nomina illius linguae quam traducunt quia illud ponit necesse
est deditam et intelligentiam authoritatem et maiestatem
orationis et exprimunt illa in idiomate quo transferunt
et hoc pertinet ad fidum bonum interpretem. ut math.
27. Christus dixit heli heli id est deus deus meus. interpres
reliquit illa verba hebraica propter intelligentiam orationis
sicut intelligeret quid dicit, quidam circumstantes dixerunt
etiam vocat iste heliam et alii non potuissent intelligere illa sequentiam.

2º. Rx. quod apostoli et evangelistae aliquando utebantur verbis chaldeis et syriacis quae commode poterant explicari verbis hebraicis et forte ita accidit quod paulus locum melchisedec exposuit verbum syriacum et interpretatus est illud hebraice.

3º. dico quod etiam in eadem lingua aliquid interpretamur tali quod nomine sine mystione aliqua. v. g. si quis diceret ego vidi hominem caelicolam. i. qui vivens caelos habitabat propter excellentem contemplationem.

Ad coniecturas. dico quod omnes sunt insufficientissimae dicit caietanus quod d. hiero. dubitavit propterea esse falsum ex dictis et propterea licet nos dubitaremus nihil inde.

Ad 1m. 3º. loco. Rx. 2º. quod auctor non est dubius sed certissime est paulus ut dictum est. 2º. dico quod esset maximus error existimare quod si sit dubius auctor continuo liceat dubitare an sit liber canonicus. quia simili modo dubium quis fuerit auctor libri Iob et tamen secundum fidem tenemus quod est liber sacer. quicquid dicat ecclesia illud d. gregorij. 3. dubium.

Ad. 2. Rx. quod illi loci 2. regum intelliguntur ad literam et de salomone et de xpo. ibi n. tradit regnum salomonis et etiam regnum xpi. in xpo tamen quibus dicuntur aliqua quae conveniunt xpo et non salomoni ut est illud stabiliam regnum eius usque in sempiternum. alia vero quae conveniunt salomoni et non xpo. ut est illud si inique aliquid gesserit. disciplina n. sunt aliquot loca in quibus ad literam Scriptura agit de rebus inter se distinctis quae habent inter se affinitatem et altera est alterius umbra ut est ille locus math. 24. cum videritis abominationem desolationis quod loquitur de excidio ierosolimae simul etiam de ultimo iudicio. item Isaiae. 14. ab illis tobis quomodo cecidisti de caelo lucifer loquitur simul ad literam de nabuchodonosor et simul etiam de archangelo. idem habetur Ezechielis. 28. ubi loquitur ad literam de principe tyri

et de primo angelo qui cecidit de celo ita q similiter fit in illo loco 2. regu. 7. Ad 2. dico q apud Judeos Salomon fuit expressa figu ra X. videlicet tanto apostolo in ducere Judeos ad fidem deduce, illum locum Ad 3. dico q non semper afferebant apostoli argumenta necessaria sed simul cum necessarijs adducebant probabilia et Paul. 2. corint. 9. probat multis rationibus necessarijs q sit provi dendum predicatoribus et tandem adducit rationem probabile ex scriptura non aliquibus ob bonitatem q Ultimo dico q Paul. in hac epistola non intendebat principaliter docere Ju deos sed futuros postea ecclesiam et ita tibi Jure igno et ponens nobis in quo sensu ss. intellexerit scripturam illa et ita non dedecebat tantum apostolum interpretari sacra scripturam in sensu spirituali imo congruebat illi maxime

Ad. 3. Rx. q Paul. loquitur ex persona ecclesie et sic nulla est falsitas Ad 2. dico q etiam si loquatur ex persona sua veri ssimum dicit quoniam ipse scribit ad galat. 2. q contu lit evangelium q predicabat in gentibus cum concilio aposto lorum ne in vacuum curreret aut cucurrisset

Ad. 4. argu. deberemus tolerare in scriptura libri exodi et deutero no. quoniam exodi 25. precipit dominus Moisi ut serva ret legem in arca et ita non tantum erant tabule testamenti sed etiam erat lex similiter deutero. 31. precepit q ipsum deuteronomium servaretur in latere arce Rx. q ex d. th. sup. 9. c. ad hebre. dicit q arca testamenti potissime erat ad servandam legem que scripta erat in tabulis idem potuit dicit illud 3. regu q solum in arca erant tabule legis. 3. dico q in tera archam solum erat lex sed urna manna et virga aaron erant super archam et ita apti meconciliabit locus ille 3. regu. 4. dico q ista scriptura verissima pro sit ut eis temporibus quando dictum fuit illud 3. regu solu hinc erant tabule testamenti in tera archam sed postea in tro missa est virga aaron et urna manna propterea. d. Paul. qui doctissimus erat in lege Judeorum explanavit nobis id q alie scripture non dixerunt Sed dubitatur amplius.

Utrum omnes partes librorum sacrorum sint sacra Scriptura. hoc movetur propter Caietanum qui reijcit ultimum c. evangelij Marci. diciteque non est sacra Scriptura. d. hieronimus in epist. ad edibiam q. 3. et 2. contra pelagianos dubitavit de eadem Scriptura. Item Caietanus dubitat de 8. c. Joannis dicit historiam illam gestam circa eandem mulierem adulteram non esse Scripturam sacram et d. hiero. 2. contra pelagianos eam indubitat de eodem. In veteri testamento dubitatur de cantico trium puerorum danielis 3. et 13. de historia Susanne et in ultimo c. eiusdem de bele et dracone dubitatur de hijs omnibus. videte d. hieronimum in prologo super danielem.

Ar. hi. quam in nostra tempestate dubitari non potest de his particulis et esse errorem in fide negare hoc. Probatur ex concilio tridentino sessio. 4. ubi definitur quod si quis non acceperit istos libros integros cum omnibus suis partibus sicut continentur in nostris biblijs anathema sit et sic finitur iste articulus 10. satis prolixus.

Q. 2. De actu fidei.

Ar. 1. Utrum credere sit cum assensione cogitare

Ar. supposito quod multipliciter accipitur cogitare. 1. concl. si accipiatur cogitatio secundum primam acceptionem sic ista definitio credere est cum assensione cogitare non est bona neque sufficienter explicat naturam actus fidei. 2. concl. si accipitur cogitatio 2. modo pro investigatione intellectus intellectus ad cognitionem eius perveniat tunc bene exprimitur actus fidei per illam definitionem.

In hoc art. notandum quod ista definitio fidei est Augusti. lib. 1. de predestinatione sanctorum c. 2. Sed notandum quod apud August credere aliquando accipitur late ut complectitur ipsum scire et ipsum intelligere ita loquitur 1. lib. soliloquiorum c. 3. ait omne quod scimus recte fortasse credere dicimur non tamen quod scimus credere dicimur ita ut credere sit quidem superius ad scire similiter libro de utilitate credendi c. 11. ubi ipse dicit omnis intelligens et timere

dit

sed non omnis qui credit intelligit. 2. modo August. usurpat credere ut condistinguitur contra scientiam ita accipit in epistola 112. que est ad paulinum de videndo deum. 3. et postremo usurpatur credere in propria et vera significatione pro notitia intellectus certa sed inevidenti et obscura. in qua significatione sacre litere semper accipiunt credere. 1. petri. 1. in quem nunc non videntes creditis. Joan. 20. beati qui non viderunt et crediderunt. Ad istum modum definit Paulus actum fidei hebreos. 11. Est autem fides sperandarum substantia rerum. accipit fidem pro actu fidei pro ipso credere. et ad istum modum Aug. frequentissime loquitur ut est videre epistola illa citata 112. ubi ait quod vident presentia credimus absentia. et ibi ait in his que videmus nos ipsi testes sumus in his que credimus alienis testimoniis utimur. et hoc est quod ait Χρς. Joan. 3. amen dico tibi quod scimus loquimur et quod vidimus testamur in his qui per que videmus nos ipsi testes sumus.

2. Notandum quod in illa definitione assensus sive assensio apud august. et s. th. accipitur pro judicio intellectus certo et firmo cogitatio vero accipitur pro notitia inevidenti et obscura. et ita per primam particulam actus fidei distinguitur a dubitatione a suspitione et ab opinione. in quibus non est assensus certus et firmus. per secundam vero distinguitur ab actu intellectus principiorum et ab habitu scientifico in quibus ut est firmus assensus est tamen clarus et evidens.

3. notandum quod ista definitio complectitur utrumque actum scilicet omnem actum fidei sive infuse sive acquisite sive credulitatis sive improbabilis. et ita in sacris literis actus fidei acquisite apprehensibilis et illi adhuc competit definitio ista ut credere et credulitas patet Joan. 4. nolite credere omni spiritui sed probate utrum spiritus ex deo sint. in hoc dicit probate primum utrum spiritus ex deo sint. oportet n. investigare utrum cogitatio que est investigatio .... oportet spiritus ex deo sint. Et ...... 19. qui cito credit levis est corde. .... ista definitio .... solum competit fidei infuse oportet addere. credere est cum assensione cogitare quod deus veritatis revelat. Ar. 2.

Ar. 2. utrum convenienter distin[guatur]

concl. est affirmativa. Deinde distinctionem istam fidei 2° est videndus Magister in 3. d. 23. et August. ps. 77. nullus dubius non est credidisse deo ... ait quod aliquid maius est credere in deum quam credere deo ... sed non credimus in hominem quid est ergo in deum credere est credendo ... affectum ferri tanquam in ultimum finem. Et super Joan. tracta. 29. dicit quid est in deum credere est credendo amare credendo ... ire. Ex ista ratione d. Cyprianus in expositione symboli dicit quod nullo modo credimus in sanctam ecclesiam sed credimus ecclesiam i. dictis illius et credimus ecclesiam s. esse veram ... non credimus in eam quia non est finis ultimus in quem tendimus. Durandus in 3° d. 23. q. 7. reprehendit s. th. in eo quod dicit quod credere in deum est unicus actus fidei ... alter ex parte intellectus ... alter ... ex parte voluntatis ... diligere. Caietanus hic melius loquitur. ait n. quod non est duplex actus sed unicus ... laudem ... ab intellectu sed imperatus a voluntate et ita est unicus actus multiplex ... habens laudem ... Exemplum ... aliquis potest ieiunare vel propter amorem dei vel propter obedientiam legis vel propter cultum religionis etc. ieiunare unus actus est licet possit habere laudem multorum virtutum.

Ar. 3. utrum credere aliquid supra naturale sit necessarium

conclu. est affirmativa. Circa principium quod supponit s. th. Caietanus multos metaphysicos excitat. ego tu dico quod s. th. adducit rationem probabilem ad probandum res fidei ... non n. ... demonstratione esse ... s. th. De materia huius articuli ego multa dixi 3. p. q. 61. ar. 3. ... sumatim dicemus conditiones quas quilibet fidelis debet credere. 2° est tu notandum quod salus

salus 2. accipitur pro ista quam habemus in praesenti seculo per gratiam et amicitiam dei. altera salus est quam in [illegible] in vita futura

2 dubium. Utrum ad justificationem consequendam sit nobis impositum praeceptum de fide habenda ita ut peccet mortaliter quicumque auditi fide noluerit obedire et credere. Dicitur quod sine aliqua dubitatione tenendum est quod est praeceptum de habenda fide etc. ita quod peccant mortaliter peccato infidelitatis quicumque proposito evangelio sufficienter et ut oportet non vult credere. Et oppositum huius dicere est error in fide. Probatur. Marci ultimo ait Christus praedicate evangelium omni creaturae qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit qui vero non crediderit condemnabitur. amittit vitam aeternam ergo peccat mortaliter si non vult credere. Item probatur est praeceptum divinum de baptismo suscipiendo ut colligitur ex ipso loco citato et Joan. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest videre regnum dei. ergo fortiore jure est praeceptum de habenda fide quia patet quod fides est magis necessaria ad consequendam salutem quam baptismus quia fides est initium nostrae justificationis. hoc docet eleganter et subtiliter Bernardus in epistola 77 quae est ad Hugonem de S. Victore notat quod Christus non dixit qui vero non fuerit baptizatus condemnabitur sed qui non crediderit unde patet quod potest quis in aliquo casu salvari sine baptismo scilicet quando ipse voluit recipere baptismum et non fuit copia. etc. Sine fide nemo potest salvari. ergo magis praeceptum est praeceptum fidei. Item probatur manifesto testimonio c. 15 Joan. ait Christus si non venissem et locutus eis non fuissem peccatum non haberent nunc autem excusationem non habent de peccato suo ubi Christus loquitur de peccato infidelitatis ut exponit Augustinus hunc locum et res est certissima quia alia plurima peccata habebant Judaei etiamsi Christus non venisset sed non haberent hoc grande peccatum infidelitatis nisi Christus venisset cum ergo postquam Christus venit isti peccaverint graviter quia non crediderunt evangelio est ergo praeceptum de fide. Item de aliis virtutibus theologicis est praeceptum scilicet de charitate habenda erga deum

et de spe q multo magis de fide si quidem est primum principium in nostre iustificationis. Item istud satis patet ex apostolis predicantibus primum n. q apostoli precipiebant auditoribus ut crederent et sine fide non possunt placere. hoc patet act. 10. dixit angelus ad cornelium accersi simone hic dicet tibi quid te oporteat facere. oportet dicit preceptum et necessitatem. et tamen cornelius erat iustus et habebat preceptum fidei. Item. hebre. 11. accedentem ad deum oportet credere. oportet dicit preceptum. et ibidem sine fide impossibile est placere deo

Est dub. 2. postquam est preceptum de fide habenda utrum sit ista fides medium necessarium ad consequendam salutem. Est quod ad intendendum quod est multum distinctionem quod aliquid sit preceptum et quod sit medium necessarium ad consequendam salutem quod gratia et iustificatio est medium necessarium ad consequendam salutem sed tamen gratia est finis preceptorum

Et tamen non est preceptum de iustificatione neque de gratia — Et etiam aliud discrimen quod quando aliquis non potest implere preceptum et hoc sine culpa sua propter aliquem casum incidentem tunc potest bene consequi salutem sine illo precepto v. g. si aliquis non potest baptizari cum vellet maxime quia non fuit copia consequetur salutem sine baptismo ut idem patet quod preceptum non est necessarium ad consequendam salutem item est de contritione quod vel propter defectum contritionis non est impletum sacramentum vel propter aliquem casum et tamen quando aliquid est medium necessarium non potest quis sine illo consequi salutem sicut gratia et iustificatio. In hoc sensu queritur utrum fides sit medium necessarium ad consequendam salutem ita quod in nullo casu sine illa non possit quis salvari.

Sit 1. prop. Fides in [illegible] saltem implicita est medium necessarium ad consequendam salutem ita quod nullus unquam hominum neque in lege nature neque scripta neque in lege gratie potuit salvari sine hac fide implicita et. sicut nullus hominum factus est salvus sine gratia ita quod est habendum fide ita quod oppositum est error. istam conclusionem asserit Aug. in multis locis. sed late in epist. 157. que est ad optatum de origine animae

Ubi propter multos questiones ibi propositas ait oportet
primum dicere istud fundamentum fidei certe quod sine ista
fide Christi implicita nullus aliquis salvus fuit. adducit pro hac
sententia illud 2. corinth. 4. habentes eundem spiri-
tum fidei sicut scriptum est credidi propter quod locutus sum.
ideo quod spiritus fidei fuit in patribus antiquis. Item adducit illud
abacuc 2. iustus autem meus ex fide vivit et actorum. 4.
non est aliud nomen datum sub celo in quo oportet nos salvos
fieri nisi in nomine Christi. 1. fides et religio Christi. sicut per quem locum
que hic dicit d. August. quod iste locus habuit veritatem ex illo
tempore ex quo humanum genus fuit in vitiatum in adam.
unde sicut in regno mortis et in ferno nemo unquam fuit sine
adam ita in regno vite et iustitie sine Christo et eius fide et hoc
est quod expressius dicit Paul. 1. corinth. 15. sicut in adam
omnes moriuntur ita et in Christo omnes vivificabuntur. idem ipse dicit
Rom. 5. igitur sicut per unius delictum in omnes homines in conde-
mnationem sic per unius iustitiam in omnes homines in iustifica-
tionem vite. Demum ratio est manifesta pro hac conclusione.
Media debent esse proportionata fini. sed finis in
quem vocantur iusti et sancti est supernaturalis omnino
ominis. s. ipsa visio dei et beatitudo quare et media debent etiam
esse supernaturalia. media autem sunt ex parte intellectus
cognitio et ex parte voluntatis caritas ideo oportet quod illa
sint supernaturalia. De hac re videnda est optima disputatio
3. lib. contra gentes. c. 152. Ubi s. tho. hanc optime
tractat. 2. Est ideo advertendum quod de hac quaestione s. supernaturalitate
medium necessarium fides non est aliqua controversia inter
doctores.
2. Propositio. ista fides Christi implicita omni tempore necessaria
ad salutem etiam fuit necessaria ad iustificationem et gratiam
consequendam. Ista conclusio est tenenda de fide ita ut sententiam ego non vi[deo]
cur oppositum esse error in fide. Probatur 1. est concors senten-
tia omnium auctorum quod nemo unquam sine hac fide iustificatus est
ita tenet Ambros. super illud 1. tymot. 2. qui vult omnes homines salvos
fieri ait conditio haec est ut per fidem accedant ad illum quoniam fides
est que primum homini confert salutem. idem tenet August. lib. 83. que-
stion. q. 68. et lib. de correptione et gratia c. 2. et 7. et aliis multis locis.

ad ephes. 3°

Item habet hic con. sine illa cito ba habitare X.^m p. fidem in cordibus
vestris et ad galat. 3. ex pliomo illa cito bn itaque lex pedagogus
noster fuit in X° Jesu. quia implicite continebat hanc fidem quam
modo explicitam habemus. videndus est Magister. in. 3. si
d. 25. Ultimus his confirmant hanc conclusionem.

2°. Probatur ex sacris literis. p°. enim propositio magis sensus et scopus
illius epistolae ad Romanos sic est ut ostendat Paulus neminem
unquam fuisse justificatum sine fide X. debet intelligi de impli
cita. Judei n. habebant errorem quem postea habuerunt
pelagiani. s. quod per vires naturae et caeremonias exteriores con
sequebantur homines justificationem. Paul. contra docet quod non
potest quis justificari nisi per fidem X. ex eius gratia. et ita
.c. 3. illius epistol. ait Paul. Justitia dei per fidem in omnes et
super omnes qui credunt in illum non. n. est distinctio omnes peccaverunt
et egent gloria dei. et c. 8. docet quod omnes praedesti
nati adeo acceperunt primum donum fidem in justificatione. ait
namque quos praedestinavit hos et vocavit. s. per fidem. ecce
primus effectus praedestinationis. 2us est gratia et justificatio. ulti
mus glorificatio. hanc conclusionem probat optime idem Paul. c. 11.
ad hebr. per totum caput p°. n. dicit quod fides est fundamentum
sanctorum substantia et aedificii est autem fides sperandarum substan
tia rerum deinde numerat omnes patres qui justificati sunt per
hanc fidem. et nullus justorum et sanctorum pertinuit est misi
hanc fidem. ... ad attendendum quod dicit. fide enoc justificatus est testi
monium n. habuit placuisse deo sine fide autem impossibi
le est placere deo. Est ad attendendum quod in toto veteri testa
mento nusquam legimus quod enoc habuerit fidem sed tantum legimus quod
reputatus fuerit justus et placuerit deo ita legimus genesis 5.
reputatus est justus enoc in generatione sua et ecclesiastici
44. ibi ipsi dicit. Argumentum quod Paulus. Enoc placuit
deo et fuit justus quod habuit fidem probat quoniam quia sine fide
impossibile est placere deo accedentem n. ad deum oportet
credere quod. quod oportet dicere ipsos fidem nisi necessariam
ad justificationem aliter. n. Pauli argumentatio nisi valeret

saltem in veteri. quia in no
vo in epistola Jude reper
itur quod prophetaverit
de die judicii

Ite probat sequenti. q. dicit quod quidquid homo fecerit licet optimam habeat naturam et alia bona sine fide nihil est ait si quis fuerit consumatus inter filios hominum si abfit ab illo ista sapientia quae est apud deum pro nihilo inquit sapientia [illegible] [illegible] ab initio placuerunt domine ut [illegible] tendit quod [illegible] c. Salomo ergo de [illegible] predicat de fide quos paulus predicat de charitate. 1. co rint. 13.

3. Probatur ex definitione ecclesiae quae est n. definitione concilii milevitano. c. 4. dicitur n. ibi quod utrumque est donum dei et scire quid facere debeamus et dilligere ut faciamus. et sicut dilectio est supernaturalis sic etiam debet esse cognitio fidei. probat concil. ex illo psal. 93. qui docet hominem scientiam et beatus homo quem tu erudieris domine et de lege tua docueris eum. als. n. dominus novit cogitationes hominum et cognitio naturalis vana sunt. Tandem quod est definitio concil. tride. sessio. 6. c. 5. 6. 7. et 8. et in 7. dicit premium unum [illegible] justificatio sine fide ista saltem implicita. et in 8. dicit quod doctrina pauli quae docet quod per fidem justificamur debet intelligi sicut perpetuus ecclesiae consensus tenuit quod fides est initium et fundamentum et radix omnis justificationis

Sunt tamen aliqua raciones magna ad totam solutionem. Probat quod [illegible] fides non fuerit necessaria in lege naturae sed tunc satis fuerit ad justificationem cognitio naturalis. Paul. Rom. 2. ait gentes quae cum legem non habent naturaliter ea quae legis sunt faciunt ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis quibus verbis docet Paul. quod gentes per cognitionem naturalem implebant praecepta decalogi. et eodem. c. ait Paulus. qui implebant praecepta [illegible] factores legis justificabuntur. et illi qui implebant praecepta per solam legem justificabantur tunc. et. S. th. in commentario ait. 1. [illegible] ait naturaliter ea quae legis sunt faciunt ut. 1. [illegible] naturali lumine ostendentes quid sit bonum et quid malum licet non se [illegible] [illegible] ubi videtur [illegible] ex parte intellectus sateri et cognitionem naturalem. et [illegible] quod [illegible] doctissimos in [illegible] sententiam

2º. Sequitur quod in quolibet instanti tempore potest homo justificari in
uno momento temporis, juxta illud Ezechiel. 18. in quacumque
hora ingemuerit peccator &c. Sed ante occipit pro modico
temporis. sed non potest haberi quolibet et tempore
ortu ista fides infusa quod patet ex illo Rom. 10. quomodo
invocabunt &c. concludit quod fides ex auditu iste locus
docet quod regulariter requiritur praedicatio quod ad justificationem
qui potest haberi quolibet temporis ortu non requiritur ista
fides infusa.

3º. Sequitur in lege naturae satis erat ad justitiam comparandam
cognoscere unum deum esse et quod habebat pro bonis operibus
immortalis praemium. juxta illud Pauli hebre. 11. acce
dentem ad deum oportet &c. Sed per cognitionem naturalem solo
homo similiter et certo utrumque credere potest quod hinc
non erat necessaria fides infusa ad justificationem.

Et ante solutionem argumentorum est notandum quod apud S. Th.

apud S. Th. semper haec sententia fuit habita ita tenet
in 1.2. q. 113. ar. 4. et ad Rom. 10. lectione 3ª dicit quod
si aliquis in lege naturae faciebat quod in se est tunc deus illum ju
varet auxilio supernaturali et mittendo illi praedicatorem ut
habemus actorum 10. de cornelio. et act. 16. de macedo
nibus ad quos missus est paulus qui illi servabant legem naturae
idem tenet S. Th. in expositione ad hebre. c. 10. lectione 4. in
fine ubi dicit expresse quod nemo unquam justificatus est a peccato
sine ista cognitione &c. quod sicut corpus vivit per unionem animae
ad ipsum corpus ita anima vivit per unionem ipsius deo
mam per autem unio est primum principium unionis est
ista fides sine qua nemo potuit placere deo similiter ait
edificium sine fundamento construi non potest fundamentum
autem totius xani edificii et nostrae justificationis est fides
sicut ait Paul. heb. 11. est autem fides substantia rerum sperandarum &c. et esaie
7. nisi credideritis non permanebitis. i. in gratia et amicitia dei
non permanebitis nisi credideritis. Ipse habet in hac. 22. q. 10
ar. 4. ad 3.

Ad argumentum in oppositum ex illo Pauli &c. ex Augustino lib. de spi
ritu et litera c. 26. et 27. ubi dicit quod naturaliter fa
ciebant ea quae legis erant per naturam quia gratia per fidem
non per naturam nudam sed per sufficientem ex parte intellectus
et voluntatis

quia inquit ille peccatum est contra naturam quae perficit naturam
et est secundum naturam ideo Paul. dicit illos fecisse quae legis sunt
per naturam quae per se factorum. hanc solutionem habet S. Tho.
1.2. q. 109. ar. 4. ad 1. ¶ 2. Dico quod in illo loco non dicit
Paulus quod gentes implerent omnem legem naturalem per se etiam
naturam sed dicit quod faciebant, id est implebant aliqua praecep
ta quia ad implendum totam legem et omnia praecepta decalogi
est necessaria gratia. et similiter cum gratia debet esse ex necessita
te cognitio et fides supernaturalis ad implendum vero aliqua
praecepta decalogi non est necessaria gratia nec fides ¶ 3.
et magis ad intentionem Pauli dico quod Paulus in illo loco solum
intendit docere quod gentes in illis operibus quae faciebant secundum
dictamen rationis non peccabant quia conscientia eorum redde
bat illis testimonium et defendebat illos in justo judicio dei
Sed non unquam docet quod possent per facultatem naturae imple
re totam legem et multo minus docet quod per solam cognitionem
naturalem possent justificari

Ad 2. Arg. concedit maior et negatur minor dico enim quod deus
praesto adest et paratissimus est ad auxiliandum nobis et sicut
fuimus nos ex parte nostra in toto in justificatione praebendo
.... toto, ita etiam paratissimus est infundere fidem et illu
minare intellectui per cognitionem supernaturalem omnibus illis qui
fecerint quod in se est et hoc est quod dicit Joan. 1. illumi
nat omnem hominem venientem in hunc mundum. et sapien
tiae 7. dicitur quod divina sapientia per nationes in animas san
ctas per nationes se transfert et constituit prophetas et
amicos dei. Unde dico quod ista illuminatio per istam cogni
tionem supernaturalem non est miraculosa sed est regularis
et pertinet ad divinam dei providentiam illam tribuere
omnibus qui fecerint quod in se est. Ad locum Pauli ad
Rom. 10. fides ex auditu non debet interpretari de ista
illuminatione quae debet esse in omnibus qui justificantur sed
debet intelligi de cognitione explicita mysteriorum
nostrae religionis ista cognitio explicita regulariter
habetur per externam praedicationem ut patet de conversione
de macedonibus

Ad 3. Caietan. in commentario super illum locum dicit quod per cognitionem
naturalem satis bene et firmiter possumus cognoscere quod

deus est et quod est sed in. ait quod ex quo cognoscimus deum esse remuneratorem in alia vita in dicimus fidem quam nulla speculatione disciplina illam potuit intelligere. Sed in. christo in homilia 4. de providentia et fato. dicit quod philosophi [illegible] bene [illegible] satis intellexerunt per cognitionem naturalem utrumque et quod deus est, et quod in alia vita haberet praemia bonis et penas malis. Et ait quod sicut cognoscimus per naturam deum esse optimum et esse iustum sic etiam cognoscimus deum esse praemiatorem bonorum et punitorem malorum alias non deus iustus non esset et siquidem videmus in hac vita bonos male pati et homines nequam bene habere et eis omnia ex voto evenire ut deus iustus sit deus oportet quod in alia vita sortes mutentur et boni gloriam mali poenam recipiant. Ad cognitionem 2. licet per naturam possit cognosci utrumque illorum [illegible] tamen ista cognitione naturalis est multum debilis et infirma nec satis idonea ad iustificationem tamen bonos mores et propterea oportet quod per fidem infusam et cognitionem supernaturalem intelligamus illud utrumque. 2. dico quod deum esse ut est principium et finis naturae bene potest per naturam cognosci sed in. quatenus deus est auctor gratiae et est finis noster supernaturalis sic cognosci non potest nisi per fidem infusam et fides infusa sic cognoscit deum esse. Et 3o dico quod cognoscere deum ut est remunerator illo peculiari modo per suam claram visionem non potest per naturam cognosci. 3. dico quod in lege naturae non satis erat ad iustificationem cognoscere deum esse et esse remuneratorem Paulus n. sstendi[illegible] quod oportebat non tantum quod ei sit erit sed etiam tunc requiretur cognoscere quod deus erit iustificator et quod ipse remitteret peccata et culpas quae peccati originis etiam omnes ex [illegible] a regno et in illa lege naturae cognoscebant fideles [illegible] supernaturalem. sed dicebantur vivere in lege naturae quia non habebant aliquam legem scriptam.

3 Concl. in lege naturae et in lege scripta non requiritur [illegible] ad iustificationem neque ad salutem cognitio Christi explicita sed satis erat implicita de qua habemus loqui. Tamen post [illegible] in lege scripta erit explicatior cognitio Christi quam in naturali. Probatur haec p°. ex concordi sententia theologorum omnium [illegible]

m. 3.

m 3.º set. d. 25. Idem tenet Aug. lib. 19. contra faustum
c. 14. ubi ait quod patres in lege naturae et scripta cognoscebant
misterium X. sibi in bene implicate. Item probatur ex
ex Paulo ad galatas 3.º ait prius quam venirit fides s.
ista explicita quem admodum habemus. ait continebamur sub lege
inclusi in eam fidem quae postea revelanda erat
Utrum tertio modo requiratur explicita fides vel ad justifica
tionem vel ad salutem agemus ar. s. sequenti.

Ar. 4. utrum credere ea quae pra

Concl. est quod per fidem infusam tenemur credere istos articulos
quos docet naturalis ratio.

In hoc arto. 2 dub. Caiet. quod si isti rationes s. th. bonae sunt se
quitur quod lex deficerit hominibus in re maxime necessaria. patet quia
cognitio unius dei est maxime necessaria ad bene instituendam vi
tam naturalem et moralem de virtutibus deus dicere hominibus cogni
tione ipsius dei. R. Caiet. quod deus in quolibet seculo et aetate provi
dit de hominibus praecelentibus ingenio habentibus cognitionem unius dei
qui docerent alios homines. ita fuerunt Socrates Plato et arist.
et alii et quod multi phylosophi cognoscentes hanc veritatem no
luerunt illam docere sed. si luerunt propterea reprehenduntur
a paul. Rom. 1. quod notum est dei manifestum est in illis deus n.
illis manifestavit et s. cum cognovissent deum non sicut deum
glorificaverunt. itaque deus non defuit hominibus in re hac tam
necessaria. ¶ 2. dicit quod licet cognitio naturalis unius dei
fuisset olim rarae, in paucis hominibus nec per se alii idonea ad bene
instituendam vitam non tamen ideo deus defuit hominibus in re ne
cessaria quia deus paratissimus semper fuit reddere cognitione
ipsius dei supernaturalem omnibus qui facerent quod in se esset.
2. Sctº Maius dub. de veritate q. 4 s. th. videtur n. falsa
et probatur quod non possimus per fidem tenere istam veritatem deus est.
Patet. quidquid credimus per fidem infusam credimus extra
tione quia deus revelabit sed non possumus nos cognoscere deum esse
quia deus revelabit. probatur ista minor quia hoc quod est deum revela
re iam supponit quod ego cognoscam illum esse quia per istud
medium deus revelavit non possum credere. hanc. deus est. quia
supponitur ante alium in cognitione mea. ¶ confirm.
fides acquisita inclinat nos ad assentiendum veritatibus
quas aliquis nobis proponit quae scimus esse veras cum

sed ...

sed per illum fidem aquisitam non cognosco illum esse sanctum quoniam prius debeo scire quod ille est quem vel audio vel video illum. unde prius debeo cognoscere illum esse quam credam illi qui mihi aliquid dicit quod similiter contingit in fide infusa.

Ad hoc dub. dico quod certissime tenendum est quod per fidem infusam credimus primam veritatem dei esse. Et patet quia si nos haberemus istam veritatem dei esse per naturalem cognitionem vel solum per fidem aquisitam scilicet quia parentes nostri ita docuerunt vel quia nostra respublica ita docet, cum ista propositio deus est sit fundamentum totius fidei christianae iam sequeretur quod tota nostra fides christiana referretur et resolveretur in cognitionem naturalem vel fidem aquisitam quod tamen supra diximus esse erroneum.

Ad argumentum dico quod revelatio primae veritatis est mihi causa ad assentiendum articulis fidei non medium syllogisticum ita quod oporteat facere istum discursum deus revelat hoc, ergo ita est quia sic argumentum habet vires. sed revelatio divina est ratio formalis assentiendi articulis fidei sine aliquo discursu sicut lumen est ratio formalis videndi colores sine aliquo discursu et lumen naturale intellectus est ratio formalis videndi prima principia per se nota, ita lumen infusum fidei docet me quod deus est et omnes alias veritates fidei absque aliquo discursu et istud lumen fidei infusum dicitur primae veritatis revelatio et sic argumentum non habet aliquas vires.

vel dic quod in processu a posteriori prius est cognoscere esse eius quam ... et sic prius quod cognosco petrum loqui quam ipsum esse, immo ex quo quod cognosco illum loquentem cognosco quod sit, ut quando audio illum loquentem post parietem et quia cognosco eum esse a posteriori, ideo prius est cognoscere ipsum aliquid revelare quam cognoscere ipsum esse.

Ad confirmationem dico quod fides aquisita non convenit in omnibus cum fide infusa sed in hac re valde dissimilis quia in fide aquisita per aliud lumen intelligo istum esse et mihi dicere aliquid quia scilicet illum video loquentem et postea per fidem aquisitam quae est aliud lumen assentio dictis ab illo. in fide tamen infusa per eandem fidem cognosco deum esse et mihi loqui et omnibus dictis assentio.

Ar. 5. utrum homo teneatur aliquid explicite credere.

Pro quo supponit s. Th. quod praecepta in qualibet lege data sunt de actibus necessariis ad consequendam salutem. 2. supponit quod in qualibet virtute est aliquod obiectum per se et directe aliud vero per accidens. ex. pericula spectant ad virtutem fortitudinis. 3o supponit quod praeceptum de qualibet virtute intelligitur de illo actu qui tendit in obiectum virtutis per se. 4. supponit quod est duplex obiectum fidei quoddam per se sicut deus ipse et mysterium Trinitatis, aliud per accidens ut sunt alia quae in scriptura continentur quibus

sunt 3. concl. dicit fide tenentur credere articulos fidei quo ad tex. 3.° et 4.° fundamento. 2.a concl. praeter istas veritates quae aliqui in sacris libris continentur non est necesse explicite credere sed sat est implicite et in praeparatione animi. 3. concl. aliquando per accidens tenetur christianus credere explicite aliquibus contentis in sacris libris ut quando scierit illud esse contentum in sacris literis et exigitur ab illo fides ista.

In hoc art.° oportet primo notare cum Caiet. quod deus creavit hominem et talem creavit et tribuit charitatem quod non satis illi fuit communicatione bonorum naturalium tribuendo vitam intellectum et esse sed voluit communicare nobis per gratiam supernaturalem communicare nobis unicum bonum quod illi per naturam suam competit et quia impossibile erat quod nos haberemus illud per naturam communicavit nobis per gratiam v. g. solus deus interiora per naturam suam est beatus videndo se intelligendo se et amando se istud bonum nos poterant communicari per naturam voluit quod deus per gratiam essemus beati et videremus illum et cognoscendo illum et fruendo illo haberemus per gratiam quod ille habet per naturam et per istam communicatione factus est homo particeps divinae naturae ut ait 2a Pet. 1. cap. 1.° maxima et pretiosa nobis promissa donavit.

2. ex hoc colligit quod deus meritissime exigit ab homine ista praecepta supernaturalia et opera conformia his praeceptis nam quemadmodum ex hoc quod illi tribuit rationalem naturam merito exigit ab illo praecepta naturalia ita ex hoc quod tribuit illi divinam naturam exigit praecepta divina et supernaturalia unde sicut ab intrinseco forte homo tenetur praeceptis naturalibus quae ducunt illum ad finem naturalem ita obligatur praeceptis supernaturalibus quae ducunt illum in finem supernaturalem

2.° notandum unicam viam ad cognoscendum praecepta sive naturalia sive supernaturalia non est aliam praeter istam quam praescribit s. th. hic. quoniam s. operatio est necessarium ad consequendam beatitudinem talis operatio est in praecepto et si sit beatitudo naturalis ut s. homo tamquam vivat secundum honestatem naturalem est talis actus in praecepto naturali si vero sit beatitudo supernaturalis est in praecepto supernaturali quoniam ipsa ratio dictat et lumen naturale nos docet quod operatio ut ista necessarium ad beatitudinem

consequendam

sit in precepto et haec regula est. cum in aliquo genere cadunt praecepta
ad addiscendum quod dixi in opere virtutis et opere nostrum quod si
non sit opus virtutis nostrum quibus sit medium necessarium ad sa-
lutem non erit in precepto sicut patet de gratia et justificatione.
His ergo suppositis est primum dub. utrum tenetur homo aliquid
explicite credere. Respondeo quod certissime tenendum est quod in quolibet
et in [illegible] et tempore homo tenetur aliquid explicite credere et
oppositum dicere est error. Patet primo ad Hebr. 11. accedentem [illegible] ista
fides que est de duobus particularibus fuit semper necessaria explicite et
dicit oportet quod est [illegible] denotans praeceptum et ibidem
ait quod sine ista fide impossibile est placere deo. Sed ista fides
est opus virtutis necessarium ad consequendam beatitudinem ergo erit
certe in precepto juxta regulam positam. Item omnis actus
fidei debet explicite referri ad aliquod obiectum. Sed credere
est necessarium ad salutem ergo est necessarium credere aliquid
explicite quod debet referri ad aliquod obiectum

2um est aliud dub. utrum istud praeceptum fidei quod fuit omni
tempore debeat dici praeceptum naturale siquidem semper in natura
obligavit an tamen divinum aut positivum. Respondeo et dico primo quod
nullo modo est appellandum naturale. Patet quia praeceptum
naturale innititur tantum lumini naturali et praecipit opera
ei solum conformia rationi sed actus fidei est elevatissimus
supra totam naturam indigens enim auxilio dei ad credendum.
2o dico quod praeceptum de fide ab exordio mundi obligavit
omnes homines qua ratione et consideratione videtur dici prae-
ceptum naturale neque enim solum obligavit post peccatum sed
etiam ante peccatum homines et angelos ab initio sui esse obli-
gabant hoc praecepto et quia incepit simul cum natura videtur
praeceptum naturale. 3o dico quod neque est praeceptum natu-
rale neque divinum positivum sicut sunt praecepta sa-
cramentorum sed est praeceptum divini juris supernaturalis
quod ex eo quod deus elevavit homines [illegible] ad consortium di-
vinae naturae ad modum naturalium consequuntur ista praecepta

precepta legis naturalis de fide spe et charitate et in hoc habent modum preceptorum naturalium. Unde dicimus precepta legis naturalia divini iuris legis naturalis non tamen positivi iuris. divini sunt precepta sacramentorum.

Est 3. dub. que res sint quas homines omni tempore obligati sunt credere explicite. Dico 1. quod semper omni tempore tenebantur et tenentur credere illos duos articulos quod scilicet deus est et quod remunerator est. et consequenter tenebantur credere immortalitatem animarum et futurum seculum ubi probi pro operibus premia, improbi malis penas reciperent. Patet quia sine huiusmodi fide non possent recte instituere vitam. Item fides sperandorum s. i. fundamentum spei quod si tenentur credere tenentur etiam sperare futurum seculum. unde in scriptura sacra homines qui dubitaverunt de immortalitate anime tanquam ceci et stolidi reprehenduntur Sapie. 2. hec cogitaverunt et erraverunt excecavit enim illos malitia eorum neque speraverunt mercedem iustitie s. in futuro seculo neque cognoverunt dignitatem animarum hominum que s. immortales sunt. Preterea tenebantur homines credere articulum de creatione rerum ab uno deo quia cultus et religio debita deo non poterat illi impendi ab hominibus sine fide creationis. cultus enim et religio illi debetur hoc potissimum nomine quia dominus est rerum omnium ratione creationis.

Preterea istum etiam quilibet etate tenebantur credere articulum iustificationis s. quod deus per gratiam suam recipiebat ad se confugientes peccatores per penitentiam. patet quia sine ista fide neque homines possent unquam facere deo satis pro suis delictis neque homines ad eum confugerent per penitentiam neque haberent spem evadendi peccata et penas nisi crederent deum interveniente penitentia propitiari peccatis eorum. 4°. dico quod preter dictos articulos s. de unitate dei, de creatione, de iustificatione, de glorificatione, de immortalitate anime in lege nature homines nihil amplius tenebantur credere explicite loquendo communiter. sed tamen omni tempore capita populorum et primores quibus deus revelabat sua misteria trinitatis et incarnationis tenebantur explicite credere illa sicut

in lege naturae Job. c. 19. novit explicitissime misterium adventus [illegible]
dixit n. scio quod redemptor meus vivit. Sed in lege Iudeorum [illegible]
maiores iustificationis et remissionis peccatorum aliquid amplius
tenebantur credere quam in lege naturae quod tenebatur credere totus populus
quod per unum mediatorem dei et hominum quem appellabant messiam
et credebant sacrificiis propitiatorie quae debebant assequi
remissionem peccatorum et magna bona spiritualia sed [illegible]
modum quo debebat illos iustificare et a peccatis educere
non cognoscebant explicite neque tenebantur neque etiam qualitatem
et dignitatem messiae nesciebant n. an futurus esset purus homo
sed tamen quod esset sanctissimus an vero etiam esset deus. Sed in
hominis tenebantur in confuso credere quod deus per hunc messiam de-
bebat illos a peccatis liberare et multa bona spiritualia
elargiri unde abacuc 2. simonem facientem expectationem quia
veniens veniet et ecce qui incredulus est non erit recta anima
eius in semetipso &

In statu [illegible] nos debemus aliquid amplius explicite cre-
dere sed antequam id explicemus videamus an tres species in
quibus sunt fundamenta

Ar. 6. utrum omnes equaliter teneantur habere fidem explicitam

9. est quod maiores tenentur habere pleniorem notitiam de credendis
et magis explicite credere quam inferiores et de media plebe
homines.
conclusio huius articuli confirmatur optime a d. Greg. 2. lib. moral.
c. 25. ubi explicat subtiliter illa verba boves arabant et asi-
nae pascebantur iuxta illos Job. 1. dicit quod boves sunt prelati
ecclesiae qui arato doctrinae debent colere scripturam et aperi-
re illam asinis per quos significantur rudes homines

Ar. 7. utrum sit de necessitate salutis credere incarnationem

concl. est. in omni tempore et in quolibet statu debuit cog-
nosci hoc sacramentum saltem implicite. 2. concl. antequam
homo peccaret in statu innocentiae cognovit explicite hoc miste-
rium incarnationis quatenus ordinabantur per illud homines ad
gloriam non etiam quatenus erat futurum ex peccatis redempturus
culpae. 3. concl. in statu naturae legis etiam in lege naturae
quam scripturae multi patres explicite cognoverunt hoc misterium
salut-

4. concl. hoc tamen tempore postquam evangelium est satis divulgatum omnes fideles tenentur explicite credere mysterium incarnationis Christi.

Ar. 8. Utrum explicite credere trinitatem sit de necessitate salutis

Conclusio est affirmativa. Circa istum articulum

2us dub. utrum iure divino evangelico teneantur fideles modo credere illos quatuor articulos de unitate deitatis trinitate personarum

Resp. quod non potest esse certius. nisi quod est tale preceptum. patet ex illo Matth. ultim. docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. et infra hanc doctrinam dicit Marci ultim. qui non crediderit condemnabitur. Item patet ex symbolo Athanasii quicunque vult salvus esse oportet ut teneat catholicam fidem. haec est autem fides catholica ut trinitatem. Item sacramentum baptismi iure divino debet conferri vocatis tribus personis patre filio et spiritu sancto. quod eodem divino iure debemus explicite credere esse has tres personas. probatur quia ista fides est necessaria ad digne suscipiendum baptismum loquendo de adultis. Item apostoli in initio predicationis quod principaliter docebant populos erat quod Christus est filius dei vivi sicut patet Act. 8. et 9. et aliis multis quod necessarium erat notitia trinitatis sine qua ut optime dicit S. Th. non possumus bene intelligere misterium incarnationis Christi.

Ex hoc infertur quod quo iure divino tenemur credere trinitatem personarum in unitate essentiae eodem obligamur credere incarnationem filii dei. patet quia ista est fundamentum totius apostolicae predicationis. unde Joannes qui ceteris altius loquutus est sine predicationis ... omnes est in principio erat verbum ... divinarum ... et postea subdit verbum caro factum est et c. 3. ait qui credit in filium dei habet vitam eternam qui autem incredulus est filio non videbit vitam. et ibidem qui non credit iam iudicatus est quia non credit in nomine unigeniti filii dei. et c. 6. hoc est opus dei ut credatis in eum quem misit ille. apparet opus dei preceptum fidei. et c. 14. creditis in deum et in me credite. eodem n. ... credenti trinitatem personarum et incarnationem ... unitatem evangelii ... fundamentum.

3. dub. utrum eodem divino iure teneamur credere aliquos articulos spectantes ad humanitatem s. mortem. resurrectionem. descensum ad inferos et ascensionem et iudicium. Resp.

Pc. quod est de obligatione credendi probatur quia Apostoli hos articulos predicaverunt sicut et alios et nihilominus hunc predicabant nisi quia erat necessarium ad salutem. Patet hebr. 6. ab illo loco rursus crucifigentes filium dei et ostentui habentes
Item 1. corinth. 1. nos autem predicamus Jesum Christum et hunc crucifixum
Item Joan. 3. ait Christus sicut Moises exaltavit serpentem in deserto ita oportet exaltari filium hominis non petit mortem crucis appellat exaltationem. ut omnis qui credit in ipsum non quocumque passo sed sic exaltato non pereat sed habeat. Ubi notandum quod sicut populo veteri ad salutem corporalem fuit necessarium aspicere serpentem. sic ad salutem animae oportet credere Christum exaltatum. Item redemptio generis humani potissime sita erat in sanguine Christi quem in cruce fudit quare in fide Christi redemptoris quod potissime tenentur homines credere est mors et passio eius et hoc est evangelium est enim anuntiatio felix et fausta in qua docemur quod liberamur et exprimimur a peccatis per sanguinem Christi effusum in cruce de hoc evangelio ait Paulus non erubesco evangelium licet videatur aliquid vile et humile. virtus enim dei est in salutem
De resurrectione est testimonium egregium 1. corinth. 15 si Christus non resurrexit inanis est predicatio nostra inanis est fides vestra. et ibidem tradidi enim vobis in primis quod et accepi quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas et quia sepultus est et resurrexit tertia die et actuum 1. ait Petrus oportet unum ex istis testem fieri resurrectionis nobiscum ad populum.
De adventu ad judicium legitur actuum 10. precepit nobis predicare quia ipse est constitutus judex vivorum et mortuorum
Et idem Paul. 17. actuum apostolorum predicat atheniensibus quemcumque cultum ad fidem pertinentem, et de omnibus articulis, potissime de ascensione est optima contio Petri actuum 2.
Sed in de art. de descensu ad inferos sum. animi. de conceptione miraculosa et nativitate eiusdem Christi. aliqui dicunt verum tamen sint eodem precepto precepti credere. sed nisi in nullo dubium est quin sint in eodem precepto. Patet ex illa contione Petri actuum 2. ubi dicit Christum descendisse ad inferos et

& probat ex illo ps. 15. quoniam non derelinques animam meam.
Item probatur quod non est verosimile quin apostoli praedicassent
hanc fidem de conceptione christi & nativitate & miraculis quae fuit
valde distincta ab aliis hominum nativitatibus & conceptionibus quae
facta est opere spiritus sancti iuxta illud luce 1. spiritus sanctus superveniet in te
& math. 1. antequam convenirent inventa est in utero habens
de spiritu sancto & ibidem. noli timere accipere Mariam coniugem tuam
quod enim in ea natum est de spiritu sancto est. ecce quod istam fidem quam habemus
cum apostoli praedicabant populis credendam. Item probatur
ex d. th. in hoc art. 7. ubi expresse ait quod in hoc art. de in
carnatione christi. claudit quod debeamus credere de illo esse conceptum de
spiritu sancto & simul eius miracula & nativitatem. Item probatur ecclesiasti
co praecepto tenemur credere omnes istos articulos fidei explicite
sicut patet ex concilio [illegible] c. baptizandos de consecra.
d. 4 & c. non liceat eadem d. ex concilio [illegible] ubi prae
cipitur quod omnes baptizandi referant memoriter symbolum
quo continentur articuli fidei & non est dubium quin omnes teneantur
credere omnes istos articulos fidei explicite. Probatur quarto quod fides
credere omnes istos articulos fidei explicite non habet tempus
istorum articulorum est adhuc in terris & in ecclesia non habet tempus
[illegible] superat [illegible] interiores & iste praeceptiones ecclesiasti
quae est manifestum quod sunt ex iure divino & ecclesia solum ex
plicat & declarat praeceptum divinum. verum est quod posset
ad hoc responderi scilicet ecclesia non possit praecipere actus
interiores dicit ita eo modo [illegible] sed in [illegible] ex tempo
rum confessione & utroque fideles conveniamus in eodem symbolo
& propterea praecipit actum exteriorem & ratione exte
rioris consequenter praecipit interiores actus. At tamen ego
credo quod ecclesia solum explicat praeceptum divinum & non
de novo illud praecipit. Est tamen advertendum quod
ecclesia in hoc quod proponit istos articulos ut credantur a
fidelibus in hoc ipso constituit fidei articulos. hoc dico quod [illegible]
[illegible] 3. sen. d. 25. q. [illegible] [illegible] 3. ubi dicit quod ecclesia
non potest constituere novum articulum fidei. & ratio eius est
quia omnis propositio de fide est articulus fidei & sicut a christo

non potest facere quod propositio aliqua in qua non est de fide sit de fide
ideo non potest facere aliquem articulum fidei. Sed dico quod
auctoritatem in scriptura. non n. quidquid est propositio fidei est articulus
fidei nisi quis velit dicere quod omnes propositiones quae continentur in sacris literis sunt articuli fidei. Articulus fidei
dicit duo p. quod dit propositio fidei. 2. quod proponatur ab ecclesia
credenda omnibus fidelibus et tunc constituitur articulus fidei
et intelligens in modo potest ecclesia constituere articulum fidei
si propter haeresim in surgentem proponat omnibus fidelibus
aliquam propositionem credendam.

Ex dictis sequitur dubium an omnes fideles teneantur explicite credere omnes articulos et ex praecepto divino et ecclesiastico
sequitur quod plurimi fideles nostro tempore sunt in peccato
mortali qui nesciunt illos et vitae quod multi parochiani et
episcopi et alii pastores quorum interest docere omnes suas
sunt in eodem peccato et hoc gravissimum videtur et dicere.
Ad hoc dub. s. th. 2. 2. q. 16. ar. 2. dicit expresse quod
omnes tenentur scire ea quae pertinent circa ad fidem et univ...
salis iuris praecepta sub peccato mortali quia non potest homo
aliter bene instituere vitam. et mart. s. huius quaestio. dicit
expresse quod quilibet homo sicut tenetur credere ita tenetur
credere articulos fidei quia ipse credunt ad ab... fidei
et art. 7. eiusdem q. dicit expresse quod omnes homines tam maiores
quam minores tenentur scire articulos pertinentes ad substantiam
sed hi substantiales alii debent scire a maioribus. Item
idem s. th. in 3. sent. d. 25. q. 2. ar. 1. q. 2. et 3. dicit
quod rustici inferiores etiam non tenentur explicite credere
omnes articulos fidei sed illos duntaxat qui sunt necessarii
ut possint dirigere animum suum in finem ultimum deum.
Idem tenet guilielmus parisiensis in tractatu de fide c. 4.
et altisiodorensis in 3. lib. sen. tractatu 3. de fide. c. q. s.
Idem videtur tenere gabrielem 3. d. 25. q. unica q. s.
sed hi loquuntur multum lubrice quomodo aut modo docere... ...
nisi ipse definit. Pro explicatione huius dub.

Pro explicatione huius dub. supponendum est quod aliud est cognoscere artos fidei explicite et aliud est cognoscere illos exacte et distincte. cognoscere enim illos explicite est cognoscere illos in seipsis et non in aliquo uno principio. v.g. qui modo credit et intellegit illas sententias quae sunt in symbolo et scit illas ille explicite scit articulos fidei sed tamen in lege natura [illegible] qui cognoscebat deum esse et quod esset remunerator cognoscebat artos fidei implicite in illis duobus unitos sicut in principiis. At vero cognoscere distincte et exacte artos fidei est aliquid amplius scilicet quod homo sciat reddere rationem illorum. v.g. dicat aliquis quod deus est unus et quod est trinus si ille scit explicare quod sit unus quia est una essentia in tribus et sunt tres personae quia pater generat et filius generatur et spiritus sanctus procedit ab utroque iste distincte et exacte cognoscit ipsos artos. Itaque explicita cognitio opponitur cognitioni confusae in aliquo principio communi et unitivo [illegible]. distincta vero cognitio opponitur cognitioni [illegible] quae licet sit explicita non est tamen exacta quia nescit quis reddere rationem fidei quam habet. Hoc supposito sit

I. concl. omnes homines quotquot sunt in mundo tenentur explicite facere fidei et illos habere cognitionem 14 articulorum necessariorum [illegible] cognoscunt in aliquo principio unitivo [illegible]. Probatur ex his quae supra dicta sunt quod fere omnino tenentur omnes scire explicite credere ipsos artos et ita apostoli praedicabant illos tamquam necessarios ad salutem. Item probatur ex sententia communi doctorum. Adrianus quodl. 3. Magister in 3. d. 25. tenet expresse hoc. Adrianus quodl. 8. [illegible] contra [illegible] et alii est. Item fides q. 3. dicit bene contra [illegible] si aliquis non posset iustificari sine fide explicita [illegible] loci allegati fide explicita [illegible]. Item probatur ratione quia sine ista fide explicita [illegible] expresse. Item probatur ratione quia sine ista fide debitas et necessarias impossibile est homo recte constituatur [illegible] aliquis absolute [illegible] sine fide explicita [illegible] non potest, quomodo [illegible] et de [illegible] et [illegible] ut de creatione et iustificatione et alii. Et p. [illegible] quia ecclesia festa praecipua et solemnibus [illegible] praedicavit ipsos artos quod signum manifestum est quod omnes fideles tenentur illos cognoscere et credere. Sed tamen non tenentur

non tenentur omnes distincte et exacte credere. hoc patet quia tunc illi satisfaciunt cognoscendo substantiam articulorum nec tenentur scire reddere rationem circa fidei.

2m sic arguitur ad probandum quod omnes tenentur exacte et distincte scire singulos articulos: Ex symbolo Athanasii ubi postquam proposuit distincte omnes articulos fidei postea subdit qui vult salvus esse ita de trinitate sentiat. Ar. quod in illo symbolo docetur tota doctrina quae est necessaria pro omnibus qui sunt in ecclesia tam maioribus quam minoribus unde oportet referre singula singulis. et maiores explicite et exacte cognoscendo sicut ibi proponitur debent habere minores vero satis est quod credant et sciant substantiam articulorum.

2. concl. Parochi et predicatores et doctores quorum interest docere populum tenentur explicite et exacte et distincte credere articulos fidei et reddere rationem. probatur concordi sententia omnium Theologorum in 3. se. d. 25. cum magistro ibidem. Item probatur quia non possunt bene officium suum exequi et docere populum nisi exacte cognoscant istas veritates alias n. [illegible] dicerent multos errores.

3. concl. Episcopi qui sunt maiores prelati et [illegible] qui sunt apostoli temporis presentis non solum tenentur exacte scire et credere istos articulos sed etiam tenentur scire difficultates quae communiter solent incidere circa istos articulos. Probatur ex illo 1. Petri 3o. ubi loquens cum ministris prelatis ait parati semper ad [illegible] poscentibus vos rationem reddere de ea quae in vobis est fide et spe. ergo debent scire hoc modo distincte et etiam dissolvere questiones ut possint rationem reddere. Item ad Tim. 1. oportet episcopum amplecti sanam doctrinam quae est secundum fidem ut potens sit exortari et eos qui contradicunt arguere. et certum est quod paulus in isto loco non appellat sanam doctrinam legum secularium et prophanarum quarum [illegible] temporis [illegible] nec qui apprehendunt istis dignitates maxime exequuntur. sed appellat doctrinam fidei quam [illegible] cognitio [illegible] habere rationem spiritualem. Item ad ephes. 4. alios dedit evangelistas alios dedit pastores et doctores. isti sunt episcopi [illegible] qui simul debent esse et pastores et doctores.

4. conclu. quamvis omnes fideles teneantur explicite scire istos articulos fidei potest tamen aliquando ita esse ignorantia invincibilis in aliquos ita ut eos excuset a mortali qui nesciunt. v. g. est aliquis homo qui habet mediocrem curam suae salutis spiritualis et peregit ad ecclesiam in illis temporibus quibus docent fideles et tamen parochus et ecclesiasticus [illegible] doctrinam et non docent populum istas veritates neque contenebantur scire istas veritates iste talis excusabitur a peccato mortali si ignoret aliquos articulos fidei. aliter si sit homo qui est negligens salutis suae neque ipse habet aliquam curam in discendis istis veritatibus et sunt fideles qui vivunt non excusabitur a mortali sed est de numero eorum qui acceperunt in vanum animas suas. ps. 23. qui nihil curant de sua fide et religione sed dicerem temporalibus.

2. est quod ad tuendum explicetur possit intervenire ignorantia invincibilis circa aliquos articulos minus principales, sed tamen aliqui sunt ita praecipui et pertinentes tantum ad substantiam fidei quod in illis non potest excusari ignorantia invincibilis v. articulus trinitatis qui est unius Dei in tribus personis et articulus incarnationis et mortis et resurrectionis hominis in istis non potest intervenire ignorantia invincibilis et ratio est quia quicumque homo fuerit qui gerat mediocrem curam suae salutis Deus providebit illi de aliquo doctore qui illum doceat istas veritates et ita si ignorat est quia ille non adhibet mediocrem curam.

At quo 2 fidelis potest per praeceptum istud de fide explicita esse affirmativum et non obligat nos pro quolibet tempore credere dubitat quibus temporibus debemus credere et habere actum fidei circa. Aliqui dicunt quod quilibet fidelis tenetur exercere actum fidei credere actualiter in festis quae ecclesia celebrat articulum fidei tunc tenentur omnes fideles habere actum fidei circa illum articulum. Atque hoc in doctrina [illegible] dicitur non. est enim ad obligandum homines ad habendum actum quod ecclesia celebret mysteria tale et alia festivitas quae se [illegible] habeant actum fidei non inde sequitur alia festivitas quae praeterea illa die non habeant actum fidei et non inde sequitur quod praecipiatur in tempore festo credidisse vel alia die. Item quod sunt aliqui articuli fidei de quibus ecclesia non celebrat specialem festivitatem v. g. articulus creationis

licet die dominica debeat cogitare sed tamen plebs non se negat
et articulus glorificationis licet debeat cogitari in resurrectione
Xi. tamen plebs sic negat.

Xx Q. quod sint aliqua praecepta divina in quibus certa sunt statuta
tempora in quibus debeant impleri. v.g. praeceptum confessio-
nis quolibet anno. eucharistia est sumenda tempore pasc.
et baptismus post 8. vel 10. dies a nativitate. at vero circa
alia praecepta .s. credere explicite. diligere deum ex chari-
tate et sperare nullum praecipitur tempus quo exerceamus
istis praeceptis. propterea ego dico quod non possumus nos defi-
nire quo tempore fideles sunt obligati ad se exercendum
in istis praeceptis sed S. spiritus qui ingerit motus in cordibus fidelium
et docet quibus temporibus se debent facere. propterea
ait Paulus ad Rom. 8. qui spiritu dei aguntur hi sunt filii dei.
At vero licet hoc sit verum videtur loquendo sunt tamen aliqui casus
in quibus tenetur homo habere actum fidei v.g. quando debet quis
suscipere sacramentum baptismi in adulto. et eucharistiae
tenetur tunc credere veritatem illius sacramenti. Item quando
aliquis tyrannus inimicus fidei saeviente persecutione
rogaret aliquem de fide tenetur tunc credere et confiteri fidem
ita ait Paul. Rom. 10: corde creditur ad iustitiam ore autem
confessio fit ad salutem. est necessaria ista confessio illo tempore
quando tyrannus exposcit fidem. Item est alius casus quo quis te-
netur habere actum fidei .s. quando in aliqua provincia periclita-
tur fides et incipiunt succrescere haereses tunc tenetur
quilibet fidelis de novo firmare in fide et tentare se ipsum
utrum sit in fide et in isto tempore debemus sequi consilium Paul.
2. Corint. 13. vosmet ipsos tentate si estis in fide

Sed contra istam quaestionem videtur esse D. Thomas quod non omnes sunt obligati
credere explicite istos articulos. mysterium incarnationis
fuit credendum necessario ab omnibus fidelibus quocumque
temporis vel quo modo sicut illud quod dicit actorum 4
non est aliud nomen datum sub caelo in quo oporteat nos salvos
fieri. Similiter etiam in lege Christi omnibus erit necesse
credere hoc mysterium implicite et sub velamine quod in
gratis esse videtur. 2. argumentum ... obiectum fidei

et obiectum theologiae est ipse deus secundum rationem deitatis ita
docet S. Th. 1. p. q. 1. ar. 7. quod misterium quod pertinent ad sa-
cramentum et incarnationis non tenemur explicite credere quod
probatur quia quod tantum tenemur credere veritates expectantes
ad obiectum per se fidei sicut ait S. Th. in ar. 5. praecedenti.
Ad 1m Resp. quod ante quam istud misterium incarnationis esset per se obiectum
hoc misterium proponebatur patribus prioribus velatum et sub enig-
mate et figuris et sacrificijs. et ideo illo tempore satis
erat cognoscere illud mysterium implicite sicut et tunc propo-
nebatur at tum postquam istud mysterium est celebratum cum his fi-
delibus proponitur explicatissime ut eo tenemur explicite
credere. Unde videmus quod statim completo misterio simul
atque Christus natus est angeli praedicaverunt illud palam et absque
cum similitudine pastores. enigmate pastoribus rudibus luc. 2. evangelizo vobis
gaudium magnum quia natus est et sic est quod ait paulus 2.
Corinth. 3. conferens fideles legis novae fidelibus veteris
legis ait et non sicut moises ponebat velamen super faciem
suam nos autem revelata facie gloriam domini speculantes
transformamur a claritate in claritatem i. veteri fide in claritatem
i. novam fidem tanquam a domini spiritu.
Ad 2. Resp. quod fides est habitus speculativus quia non est habitus operativus sed
intellectivus et ideo est illius apprehendere veritates fidei sed ea tantum quae
tenemur et ideo est duplex obiectum fidei alterum incomplexum
et sic est deus sub
ea quae formamus veritates quas credimus et sic est deus sub
ratione deitatis de deo non formamus multas propositiones
quas credimus per fidem alterum est obiectum complexum quod sunt
ipsae veritates quas credimus et formamus de deo et ita
omnes veritates quas de deo formamus sive pertinent
ad divinitatem sive ad humanitatem dei sunt obiectum per se
fidei complexum. Ita ait S. Th. ar. 5. et 7. huius q. 1.
et loquitur de obiecto complexo et ratio huius est quod fides est
notitia et scientia de qua dicit luc. 1. praeibis ante faciem domi-
ni parare vias eius ad dandam scientiam salutis. sed ad consequendam sa-
lutem et remissionem peccatorum non est satis cognoscere finem ipsum
i. deum in ratione deitatis sed oportet cognoscere media necessaria
ad consequendum finem et salutem ipsius et media sunt actiones humanae
in Christo

et hoc est quod dicitur Joan. 1. hic venit ut testimonium perhiberet de lumine .i. de filio dei suo perhibere ut deo crederent per illum.

Circa istud Dub. & sequens. Vid. omnino Mag. soto. 4. d. 5. q. unica ar. 2.

Est Preterea gravissimum dub. utrum ista fides explicita de qua diximus esse divinum preceptum sit medium necessarium post evangelium divulgatum ex quo ita sicut temporibus precedentibus fides dei infusa fuit medium necessarium ad salutem ita modo sit ista fides christi explicita. R. videtur quod non sed quod possit aliquis modo salvari in aliquo casu sine fide explicita christi. est 1. arguit. ista fides christi explicita potest ab aliquo invincibiliter ignorari quod si homo ille fecerit quod in se est servando legem naturae salvus erit sine fide explicita christi maius patet ex illo Joan. 15. si non venissem et locutus non fuissent peccatum non haberent sed hac tempestate sunt multi apud quos non est predicatum evangelium quod ignorant invincibiliter et sic non peribunt pro peccato infidelitatis et tamen potest aliquis in tri.. vel in ... vel in nemoribus sic utro habeat a principio predicatoris quod potest ignorare invincibiliter fidem christi. patet quod sine predicatore non potest homo habere hanc fidem ut patet ad Rom. x. sero quod salvabitur ille talis sine ista fide probatur quia quod facienti quod in se est in quacumque lege sit deus non denegat salutem. 2. arguit. ante mortem christi post christi dixit consummatum est et de cruce legem veterem huic illi Judei qui vivebant in sua lege ad quos nondum venerat notitia evangelij salvabantur in lege sua et similiter qui tunc vivebant fideliter in lege naturae quod etiam nunc in salutem quicumque audierunt hoc evangelium si servent legem naturae poterunt salvari sine fide explicita christi. probatur quia quod sicut non fuit culpa illorum Judeorum vel gentilium quod nescirent evangelium ita modo non est culpa istorum qui nesciunt quod est eadem ratio utrorumque.

3. arguit. nemini potest imputari ad culpam id quod ipse vitare non potest sed multi sunt etiam in ista tempestate

sunt multi qui ab ipsa aliquando [illegible] ignorant evangelium quod debet eis impietari et ipsi tales poterunt sine ista fide explicata salvari

Ad hoc dub. Dx q certissime tenendum est q postquam iam hoc tempore satis evangelium est sufficienter divulgatum in toto orbe nullus potest consequi salutem sine explicita cognitione X. Cum ista fides explicata est medium necessarium ad consequendam salutem et oppositum dicere credo q esset error in fide. Probatur ista concl. primo authoritatibus scripturae. Marci ulti. predicate evangelium omni creaturae qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit qui vero non crediderit condemnabitur et hoc oportet nos omnes meminisse illius sententiae Bernardi epistol. 77. ad Hugonem de S. Victore ubi dicit q nullus debet iudicari maior necessitas fidei q baptismi q est quis primo q de baptismo. Sed hic est praeceptum et propterea apparet quis primo aliquo credit salvari sine illo ut dictum est ad tum fides est etiam medium necessarium et propterea ait qui non crediderit condemnabitur

Item Joan. 3. Qui credit in eum non iudicatur qui autem non credit iam iudicatus est quia non credidit in nomine unigeniti filij dei q est medium necessarium et .1. ait qui credit in filium dei habet vitam aeternam qui autem incredulus est filio non videbit vitam. Si possit nunc aliquis salvari vel intelligentibus vel scriptura unius posset esse incredulus filio et sic evangelium q est medium necessarium. Item Joan. 6. ait X. omnis qui audit a patre et didicit venit ad me. necesse est ad consequendam salutem audire a patre et discere ab illo et similiter est necesse venire ad X. per fidem explicatam. Item c. 10. ait X ego sum ostium per me si quis introierit salvabitur q si quis non intret per istam explicitam cognitionem X. explicitam non potest salvus fieri. Sed dices ad omnes istas authoritates potest aliquis dicere q intelliguntur de illis quibus evangelium est praedicatum non de illis quibus non est praedicatum. Certum est q X. primum dixit praedicate evangelium et sic posset responderi. 2. q ista loca intelliguntur de fide sive implicita sive explicata. Contra August. epistol. 157. ad optatum dicit q a principio mundi fides X. fuit necessaria ad salutem [illegible] illud actorum. 4. non est [illegible]

Contra imo ex hac authoritate videtur colligi q salutem illi qui bus evangelium non est praedicatum non tenentur credere q nihil praedicate evangelium qui crediderit post q audierint vestram praedicationem si non crediderint condemnabuntur unde necessarium est praedicatio ad hoc q credant sine praedicante. Sed Dr. q ex illa authoritate potest colligi q X. ait nisi ego praedicatio esset q omnes homines tenent spiritualiter fidei q omnes illi non possunt salvari ut praedicatio et qui non crediderit et qui tunc non condemnantur sicut propterea apparet dicere non posset salvari fieri etiam etiam infideles et non tenentur habere fidem ex [illegible] ante quod mihi fit quomodo crederent omnes praedicante [illegible]

Modo explicamus de fide implicita et explicita quae fuit necessaria quod patres nostri possimus aliud testimonium explicare.

Ad 1m dico quod illa prima responsio non est sola sed est corruptio et eversio scripturae. Patet quia scripturae generaliter loquuntur: sine fide impossibile est, et qui est incredulus est, et qui non crediderit, quod debent scripturae auctoritate [illegible] omnibus qui audierunt evangelium. Item quia si illa esset bona explicatio sequeretur quod sufficeret et tempore praeterito et isto tempore sola cognitio [illegible] in via ad salutem consequendam, patet esse falsum. Et praeterea quia nos supra probavimus quod fides christi est medium necessarium ad salutem medium [illegible] necessarium [illegible] et omni tempore [illegible] fuit. Ad 2m [illegible] solutio videtur esse probabilior sed tamen [illegible] est bona solutio sed est quod intelligimus scripturas de fide explicita christi. Et ratio est quia praeteritis temporibus quae non erat passionis mysterium in [illegible] satis erat credere implicite illud sed [illegible] in tempore quo mysterium est passum et [illegible] omnibus explicite credendum requiritur fides explicita. Unde dico quod eadem testimonia scripturae si comparentur ad patres antiquos intelliguntur de fide implicita, si tamen ad nos comparentur debent intelligi de fide explicita, et huius rei est pulcherrima figura et exemplum, legimus numerorum 13 quod filij israel [illegible] runt de terra promissionis uvam pendentem in palmite [illegible] et anteriores qui portabant uvam non videbant illam quae erant a tergo, posteriores tamen ita portabant quod videbant illam. Ista uva est christus dominus et [illegible] patres fideles [illegible] runt istam uvam pendentem in veste i. cruce sed [illegible] portabant quod non videbant neque cognoscebant illum nisi implicite et in umbra, sed posteriores explicite credentes, ita oportet habere fidem explicitam.

Item probatur quia scripturae debent intelligi secundum explicationem omnium sanctorum et conciliorum, sed omnium doctorum sanctorum et conciliorum esse [illegible] intelligunt istas scripturas in ordine ad nos de fide explicita [illegible] ex illis [illegible] in ordine ad nos requiri fidem explicitam. 2o probatur [illegible]

ita quod hac christi tempestate posset quis salvari etiam si [illegible] in fide implicita, quod patet quia scripturae quae dicunt requiri fidem sive implicitam sive explicitam loquuntur cum illis quibus est praedicatum evangelium in actu, omnibus quibus non est praedicatum non necesse habent habere fidem nisi etiam implicitam.

Authoritatibus sanctorum. Jam adduximus bernardum epistola 77. Idem tenet August. lib. 1. de praedestinatione c. 7. ubi expresse dicit quod postquam evangelium est divulgatum in orbe terrarum fidem explicitam est necessariam ad salutem et confirmat ex illo actorum 10. ubi angelus dixit Cornelio mitte et accerse Simonem qui tibi dicet verba etc. et ait Augustinus in isto loco allegato quod cornelius iam erat justus et habebat fidem in deum quia eleemosynae eius iam erant acceptae coram deo et si ille vellem fidem implicitam posse esse salvus non mitteret ad eum architectus petrus. quando non est satis ad salutem fides implicita sed requiritur explicita. Idem exemplum habemus actorum 8. ubi spiritus domini rapuit filippum ut doceret istam fidem explicitam eunuchum candacis reginae qui erat vir bonus. idem exemplum etiam habemus actorum 16. ubi custos carceris dixit paulo quid oportet me facere ut salvus fiam. paulus autem et silas responderunt crede in dominum Jesum. et in eodem c. est exemplum singulare de lidia quadam muliere purpuraria quae erat mulier proba et intendebat bonis operibus et deus misit apostolum suum paulum ad illam civitatem in hoc potissimum ut doceret illam mulierem istam fidem explicitam. Eandem sententiam tenet Idem August. 2º lib. ad simplicianum q. 2. ubi dicit quod in quibus dam tantum est sufficit fides quae tamen sufficiat ad obtinendam gloriam sicut in Cornelio qui habebant sicut in aliquibus cathecumenis et tantum fidem implicitam. Idem tenet hieron. epistol. ad damas. 77. ~~quae incipit~~ quoniam vetus. ubi ait quod quicumque extra ecclesiam comederit agnum ~~est~~ prophanus est quicumque non fuerit in archa noe peribit regnante diluvio. sed certum quod gentiles et Judei quantumcumque bene vivant in suis legibus sunt extra ecclesiam quia non potest illis patere salus sine ista fide explicita per quam intrant in ecclesiam. et hoc docet Paul. ad Rom. 10. si confitearis in ore tuo dominum Jesum et credideris quod deus suscitavit illum a mortuis salvus eris. Sic quod est medium necessarium credere corde dominum Jesum et ore confiteri. 3. Probatur q. Definitione ecclesiastica. In symbolo athanasii dicitur. sed necesse ~~est~~ est ad aeternam salutem ut incarnationem domini nostri J. X. credant. et 1. haec est fides catholica quam nisi quis fideliter

Ite. Probatur ex c. firmiter de sum. trin. et fi. catholica ubi habetur credimus unam sanctam ecclesiam extra quam nullus omnino salvatur. pro certo fidei existentes et extra sanctam sunt donec recipiant baptismum re vel voto et habeant explicitam fidem. Et concilium florentinum explicit hoc adducere magis ait quod nullus vel Judeus vel paganus quantascumque fecerit eleemosinas et benefecerit potest salvari nisi sit in corpore ecclesiae et deus ceperit sacramenta intellige vel in re vel in voto habens fidem explicitam.

Ite. Concil. Trident. sess. 6. c. 4. expresse dicit quod post promulgatum in toto mundo evangelium nullus potest transferri ex statu culpae in statum gratiae filiorum dei nisi per sacramentum regenerationis vel in re vel in voto. et hoc est quod dicit Joan. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua et sp. non potest videre regnum dei.

Ultimo probatur ratione manifestissima. si modo postquam evangelium est sufficienter in toto mundo promulgatum esset sufficiens remedium vel legis naturae vel legis scriptae ad salutem consequendam quod sacramenta in illorum temporibus habuerunt etiam modo eandem vim tantum proportionabiliter quantum pro adultis et ita extra ecclesiam Christi multi possent salvari quod est contra scripturas et concilia. quod tenendum est certissime quod est necessaria ista fides explicita Christi ad consequendam salutem et sine illa nemini possibile est salvari. videndus est de hac re Turrecremata lib. 1. sum. eccle. c. 21. et videnda est illa q. 24. q. 1. per totum.

Ad primum arg. Resp. concedendo antecedens quod multi sunt qui possunt invincibiliter ignorare istam fidem. sed negetur quod ideo possint sine illa salvari. licet .n. non peccent peccato infidelitatis ~~propter~~ quia fidem quam illam non audierunt sed tamen damnabuntur propter alia peccata quia vel propter originale et alii propter actualia. sed quia illi possunt recte vivere secundum legem naturae et ita quod non peccent contra praecepta naturalia. ad hoc respondet S. Th.

S. Tho. 3º sc. d. 25. q. 2. ar. 1. et 2. dicit quod si iste homo faceret quod in se est vivendo et servando legem naturae deus provideret illi de aliquo praedicatore vel homine vel angelo qui doceret illum istam fidem explicitam et hoc est quod dicitur Joan. 1. illuminat omnem hominem venientem s. eum. s. qui fecerit quod in se est et hoc etiam patet ex exemplis adductis ex actibus apostolorum.

Ad 2. concedit antecedens sed negat consequentiam quia alius erat status illius temporis quando non erat praedicatum sacramentum Christi et est divulgatum evangelium Christi per totum orbem terrarum modo enim est necessarium quod ipsa fides incepit explicari postquam evangelium divulgatum est ut patet ex exemplis dictis.

Ad 3. patet ex dictis. concedit enim antecedens quia non imputabitur sed nihilominus non salvabitur sine fide explicita quia deus providebit illi si faciat quod in se est.

2° est postremum dub. utrum sicut modo fides ista explicita est medium necessarium ad salutem, utrum sit medium necessarium ad justificationem consequendam. vel an possit justificari aliquis vel in lege Judaeorum vel in lege naturae sine fide explicita Christi, et solum implicita Christi.

2° videtur quod sit medium necessarium fides explicita. probatur quia ipsae scripturae quae dicunt quod est medium necessarium ad salutem aeternam docent etiam quod est medium necessarium ad consequendam justificationem. Patet Joan. 8. ait Christus si non credideritis quia ego sum moriemini in peccato vestro, et ad remissionem peccatorum est necesse credere in Christum. Item Joan. 3. ait Christus sicut fuit necessarium populo veteri ut aspicerent in serpentem ut liberarentur a morsibus serpentium ita oportet quod ut liberemur a peccatis aspiciamus per fidem in Christum crucifixum. Item est pulcherrimum testimonium 1. Joan. 5. qui habet filium dei habet vitam qui non habet filium dei non habet vitam. sed habere filium dei est per fidem credere in illum filium hominem, et hoc est necessarium ad habendam vitam s. justificationem. Item Paul. 1. corinth. 3. ait fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est quod est Christus Jesus. i. fides Christi: et est hominis. ut ait glo. i. fides Jesu Christi quae incipit habitare in cordibus nostris per fidem. et d. gregorius 1. q. 1. c. cum paulus. ait ubi Christus non est fundamentum nullius boni operis potest esse superedificatio. quae etc. sine fide.

2º. probatur ex extravaganti unam sanctam de maioritate et obedientia ubi ait quod extra ecclesiam catholicam etc. non est salus neque est remissio peccatorum etc. infero sed hi qui sunt extra ecclesiam vel in iudaismo vel in paganismo licet optime vivant sunt extra ut dictum est ergo non potest illis esse remissio peccatorum.

Item probatur ex concil. triden. sess. 5. de decreto 1. ait ut fides nostra catholica sine qua est impossibile placere deo. sed modo fidem nostram catholicam appellamus istam quae est explicita Christi et ecclesiae. Et in eodem concilio sess. 6. c. 4. expressissimis verbis hoc definitum dicitur enim quod post promulgatum evangelium nullus potest haberi translatio a statu culpae in statum gratiae et adoptionis filiorum dei nisi per sacramentum regenerationis vel in re vel in voto. His tamen nihil obstantibus sunt doctissimi viri qui tenent oppositum scilicet quod fides implicita satis est isto tempore ad iustificationem licet non sit satis ad salutem. Itaque potest aliquis per aliquod tempus consequi remissionem peccatorum antequam veniat ad ecclesiam et recipiat per fidem explicitam et baptismum. Et videntur isti sequi. 1º. ex facto cornelii actuum 10. ubi antequam cornelius cognosceret Christum explicite per fidem erat iustificatus cum sola fide implicita. et ita dicit scriptura quod iustus erat et tamen ut consequeretur salutem fuit necesse habere fidem explicitam sed tamen non fuit necessaria ad iustificationem. ergo etiam potest modo contingere quod aliquis vel in lege naturae vel scripturae consequatur gratiam per solam fidem implicitam quousque ut salvetur deus ordinet illi praedicationem ut cornelio.

2. arguitur iustificatio et remissio peccatorum potest haberi quolibet tempore iuxta illud in quacunque hora ingemuerit etc. sed ista fides explicita secundum communem et regularem dei providentiam non habetur nisi per multum tempus et per praedicationem ut ait Paul. Rom. 10. quomodo audient etc. ergo ad iustificationem non requiritur ista fides explicita. 3. arguitur ex sententia s. th. 3. p. q. 69. ar. 4. ad 2. ubi expresse dicit loquens de baptismo quod ante baptismum susceptum in actu potest aliquis iustificari a peccato per votum baptismi vel implicitum vel explicitum. votum implicitum baptismi est fides implicita Christi ergo ista sufficit ad iustificationem. Et ipsis

Tristis Augu. ego. 4. a do respon. o. in locu ~~[illegible]~~ Augusti.
lib. 1. ad simplicia. q. 2. ubi ait quod in quibus dicit se inveniri fi
des quae non est satis ad producendos illos in vitam aeternam, sicut fuit
in Cornelio et modo in nostris cathecumenis et subdit quod sunt
quaedam fidei inchoationes et velut conceptiones quaedam sed non est
satis concipi, sed nasci ad vitam aeternam consequendam, ut ait
Joan. 3. nisi quis renatus fuerit etc. Ubi videtur August. ponere
unam fidem quae satis est ad consequendam salutem, alteram vero quae
non est satis pro gloria sed ad justificationem.
His argumentis multi viri doctissimi tenent hanc sententiam et conantur respondere ad
conciliis et scripturis quae sunt pro opposita parte a hilsing nesciotis. consolidabit corp. solutio. videndum est de hoc in lectione Magistri C
no. de sacramentis in communi p. 2. Ergo tamen libentius teneo
quod modo est necessaria explicita fides etc. ad justificationem
probat. 2a. n. Ego non satis video quomodo possit respondere ad illum
locum concilii tridentini sess. 6. c. 4. § allegata. Item quia si sufficeret fides implicita et scripturae quae dicunt quod ad justificationem requiritur fides intelligere volunt de fide implicita, pariter poterunt exponi quod etiam ad consequendam salutem sufficit fides implicita quod tamen ostendimus esse falsum et viri doctissimi fatentur. Item quia videtur docere hoc Paul. ad Rom. 10.
si attente legatur illud caput. quia cum dixisset si confitearis in
ore tuo dominum Jesum et in corde credideris quod Deus suscitavit
illum a mortuis salvus eris corde n. creditur ad justitiam, ore autem
confessio fit ad salutem, et interponit statim dubitationem quomodo
invocabunt in quem non crediderunt etc. solvit questionem et quidem in omnem terram
exivit sonus eorum. unde
1. satis est divulgatum evangelium iis qui debent salvi fieri. unde
continuo magnum fuit praedicatores istius evangelii quod si pecco si predicat.
qui debuerunt isti fidem explicitam per orbem terrarum. Et ipsi
locum S. Th. lectio 3. dicit isti nostram sententiam expresse
dicit n. quod illi qui non audierunt evangelium non peccabunt peccato infidelitatis sed tamen non consequentur beneficium justificationis sed
damnabuntur vel propter peccatum originis vel propter actuale
et quid si aliquis facit quod in se est etc. S. Th. quod hinc Deus providebit illi de praedicatore. Item probatur. si aliquis fecit quod
est in se vel in legem naturae vel scripturae ex necessitate debemus dicere quod debet illi dare fidem saltem implicitam ut ange

ut consequatur iustificationem et necessarium ad iustificationem si deus tribuit illi fidem in sufficientem dubitamus dicere quod illuminabit illum etiam per fidem explicitam et quidem istud est necessaria consequentia generaliter et deo tam facile sit unum sicut aliud

Item. Pro parvulis non est aliud remedium ad illorum iustificationem nisi baptismus qui confert sub invocatione explicita trinitatis quod si pro parvulis est solum remedium — scilicet fides explicita in baptismo quod a fortiori etiam pro adultis qui possunt sibi magis consulere non relinquitur nisi illud solum remedium.

Ad primum argumentum. Respondetur concedendo antecedens sed negatur consequentia quia est talis ratio istius temporis et illius quod tunc non satis erat vulgatum evangelium: incipiebat tunc promulgari et ideo etiam legem naturae et scriptam poterant tunc homines salvari at tunc postquam iam est evulgatum satis evangelium sunt iam destructa remedia legis naturae et scriptae et manet istud unum remedium regenerationis etc.

Ad 2. concedit antecedens. pro maiori ad minorem dico quod si vult aliquem iustificare in momento temporis potest illum illuminare et docere fidem explicitam sine praedicatore. sed hoc deus facit raro regulariter enim non facit nisi per praedicatorem unde certe pro excellentiam nullus est iustus quem deus non illuminat illos nisi per praedicatores/

Ad 3. Respondetur quod s. th. nullo loco loquitur generaliter et ita complectitur et tempus primitivae ecclesiae quando non erat satis promulgatum evangelium et tempus quod nunc est. in priori ergo tempore fateor quod tunc sufficerit votum implicitum baptismi sed isto tempestate requiritur vel actualis susceptio vel votum explicitum et ita debet explicari s. th. si debet semper afferere nullo loco ad Rom. 10. lectione 3.

Ad 4. argumentum. dico quod Augustinus loquitur ibi obscure et ego credo quod ibi vult significare. appellat conceptionem fidei et motiones voluntatem et desiderium suscipiendi baptismatis explicitum desiderium sicut habebant cathecumeni. sed ad absolutam consequendam aqua amplius requirebatur. scilicet quod re ipsa acciperent per baptismum actualem susceptionem. intellige si adsit copia. sicut ait X. Joan. 3. nisi quis renatus fuerit etc.

Ar. 9. Utrum credere sit meritorium.

Conclu. s.ch. 2. est quod actus fidei est meritorius. Istaque 2. est habenda sm. fidem et probat hoc d. Augusti. super Joan. tract. 38. 1º probat ex illo Matt. 5. beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt per fidem ante qua mundans cor excludendo errores. Item actorum 15. fide purificans corda eorum. Item 2. corint. 5. quamdiu sumus in hoc corpore peregrinamur a domino per fidem enim ambulamus. ambulamus per fidem ergo fides meritum habet quia ambulare in fide aliud est quam meritis vitalibus ad deum accedere. Item Rom. 10. corde creditur ad justitiam ore autem confessio fit ad salutem. sed quo ceditur ad justitiam est opus virtutis et sic si fiat ex charitate est meritorium. denique passim in sacra scriptura tribuitur felicitas aeterna eius operibus fidei sicut etiam charitati. luce 7. vade in pace fides tua te salvam fecit.

Ar. 10. utrum ratio inducta minuat fidei meritum

1. Concl. Si rationes naturales antecedunt assensum fidei ita quod homo in assensu fidei nititur vel omnino vel multa ex parte ipsis rationibus naturalibus hinc meritum vel omnino tollit vel multa ex parte minuit.

2. Concl. quod rationes non antecedunt assensum fidei sed sequuntur et illas quaerit homo propter amorem fidei ut intellectus facilius et maiori cum assensu adhaereat fidei meritum addit tantum abest ut minuat illud.

De hac materia diximus 1. q. 1. ar. 5. contra durum propterea sic inquit de sum...

Q. 3. de actu exteriore fidei.

Ar. 1. utrum confessio exterior sit actus fidei

Concl. 2. est actus exterior per quem fidelis explicat fidem suam pertinet ad ipsam fidem interiorem. 2. sed dub. de hac q. videtur falsa. quia quod dominicis diebus publice cantamus symbolum fidei illa est confessio fidei et tamen non est actus elicitus fidei sed potius religionis quod probatur quia hac ratione et isto motivo canimus symbolum ut deo impendamus debitum honorem et sic est pars illius sacrificii quod offertur nimirum propter dei cultum. Ad hoc dico quod tripliciter possumus profiteri fidem operibus exterioribus, pº. multum remote et sic vniuersa opera virtutum explicant fidem v.g. per jejunium, per eleemosinam per orationem explicat homo suam fidem sed hoc est multum remote quia proxime ipsa opera declarant suas proprias virtutes. jejunium temperantiam. eleemosina misericordiam. et sic debet intelligi illud Jacobi. c. 2. ostende mihi fidem tuam sine operibus. quasi diceret

non potest hi missi explicare fidē sinon habes operam et ego ex ope-
ribus ostendam tibi fidē meam. 2.° explicatur fides propinquius et
isto pacto opera pertinentia ad religionem explicant vicinius fidē
v. g. qn aliquis offert deo sacrificium missæ qñ orat deum quod facit
oblationes et sacrificia hinc maxime ostendit fidē. et ita opera
contraria religioni contra deum explicant maxime infidelitatem
ut si aliquis offerret thura coram idolo si nunquam offerret sacrificium
missæ vel audiendo vel dicendo 3.° sunt alia opera quæ ex se
et directe et immediate explicant fidē et hæc sunt confessiones
exteriores fidei. Ad Arg. ergo dico quod illa publica confessio fidei
fit in illis peculiaris est propter fidē cum ea ad illam pertinet
et ita est actus eliciatus a fide. at tamen quod ille sit vt illo opere ad
cultum et religionem dei propterea imperatur a virtute religionis
et ita est eliciatiue a fide imperatiue tamen a religione: sicut si
aliquis elargitur eleemosinam pauperi non tamen ex miseri-
cordia sed potius ex amore dei. elicitur a ~~fide~~ misericordia et
imperatur a charitate.

Ar. 2 utrum confessio fidei sit neccessaria ad salutem

Concl. 2a est confessio fidei 2a est aliquo in precepto ita quod pecca-
bit mortaliter siquis fuerit professus exterius contra fidem.
In hoc art.° 2a est graue dub. vtrum christiani si aliquando ter agant apud
infideles aliquem infidelium possint fidē dissimulare assumpto habitu
aut turcarum aut sarracenorum ne occidantur. Et videtur quod sic. Probatur p.°
potest clericus nutrire comam ut censeatur laicus potest induere vestibus
laicinis ocidentalis ergo christianus potest assumere ornatum turcarum aut mauri.
Item solet esse in usu christianis quod in nauibus ponunt signum vel
turcarum vel sarracenorum ne capiantur ab inimicis et fit sine culpa et
peccato ergo. Item exploratores solent indui vestibus alienis et
sine peccato quia aliter esset detrimentum castrorum quod non possent sic fallere
suos inimicos ergo. Sed contrarium positio sibi est quod nihil interest mentiri
verbo aut signo aut facto sed isti qui se commutant habitu
mentiuntur facto ergo non est licitum. Item si aliquis modo auctor
circumcideret filium aut uteretur ritibus judeorum peccaret mortaliter,
ergo tenendo fidem religionem et tunc quando adhibent theologi. est quia
esset cum dañum omnibus fide quia illi rithus profiteretur
non venisse qui tamen venit, ergo cum alij etiam mentiantur alieni
religioni videtur quod peccant. In hoc Dub. 3.°

2º Notandum quod est multiplicitas aliquorum occultare fidem propriam, aliud tamen alienam fidem profiteri. Primum enim non est semper malum sed aliquando licitum. Patet profiteri fidem est praeceptum affirmativum quod non obligat pro quolibet temporis articulo, et multotiens licitum erit quod christianus non profiteatur suam fidem. Item patet quia multis casibus licet occultare veritatem, immo etiam multotiens tenetur quis occultare veritatem, licet quis nunquam liceat mentiri etc. Item quia de beato Sebastiano legitur quod sub habitu militari occultabat fidem christianam. Sed tamen profiteri alienam fidem est semper malum, quia si christianus vel ore vel facto vel signo profiteretur aliam fidem esset in iniuriam verae religionis et fidei. Sit ergo

1. Concl. Si sint aliqua signa in aliqua secta eiusmodi instituta quod illi homines illius sectae impendunt honorem et cultum illi sectae illius signis nunquam licebit christiano, sed erit mortale peccatum illud facere. v.g. sicut in secta turcarum et saracenorum [illegible] quae impendunt honorem et cultum et similiter impendunt [illegible] honorem et deferunt [illegible] signum eiusmodi signa nunquam [illegible] uti isto signo. Patet quicunque christianus uteretur istis signis impenderet cultum et honorem falsitati et infidelitati, quod semper esset mortale peccatum uti illis signis. Item ipso facto indicaret et profiteretur facto illo quod esset cultor illius sectae et infidelitatis, quod peccaret mortaliter sicut si verbo diceret se esse cultorem illius sectae. Item si christianus inter infideles offerret thura idolo sicut fecit Marcellinus, licet in animo haberet veram religionem peccaret mortaliter quia facto profiteretur quod pertineret ad illam sectam quae defert honorem et cultum idolis.

2. Concl. quod essent aliqua signa quae non instituuntur ut in honorem et cultum illius sectae sed sunt instituta a lege vel consuetudine ut quilibet illius reipublicae indicaret suam religionem et omnes intelligerent cuius religionis sit, quis talibus tamen signis non potest uti christianus sine peccato mortali. Probatur quia qui tali signo uteretur ipso facto profiteretur illam sectam esse, et converteret in iniuriam nostrae fidei, quod peccaret mortaliter. Ita debet intelligi Caietanus hic ubi dicit quod [illegible] non esset licitum christiano uti linteo quodam albo quod [illegible] deferunt in capite, quia putat Caietanus [illegible] illud sit signum quo ostendunt se esse illius religionis et sectae et distinguuntur ab aliis, et profiteretur aliqua quibus [illegible] expresse dixit. Similiter est intelligendus Silvester verbo fides q. 5 ubi dicit quod esset peccatum mortale si christianus uteretur habitu quo signo [illegible] infidelium sicut in urbe Roma Iudaei distinguuntur certo quodam signo ab aliis nationibus

quod illud distinguunt ab aliis religionibus sed deferunt in signum dignationis ex quod [illegible]

> Notandum tamen quod dicitur quod sint signa religionis aut sectae, tunc enim est verum. hic quod certe reducitur. Pro ea prima quod sint signa ad deferendum cultum. Aliud si sunt signa non religionis aut sectae sed tantum nationis, hinc licitum esset uti eiusmodi signis. Unde licet hic q. sic intelligatur, ita sit verum tamen exemplum Caietani, sed sicut tamen non est verum quod illud linteum quod deferunt mauri non deferunt in signum religionis et sectae [illegible]

at dico mihi nō est tale quod eiusmodi signū. quia licet germani eo ipso quod vident aliquem monachum cognoscunt illū esse christianū et ut ipsi dicunt papistam, tū. habitus ex natura sua nō significant illud, sed ipsi hoc intelligunt ex quadā consuetudine sicut etiā ex ipso cognoscunt aliquē esse hispanum, intelligunt esse christianū propter cōm. ... hiest et geron... tempore ... monachale ad evitan... periculū mortis. / sed quā... qui sicut qui tyranus in odiū religionis... vult mecognere tenere pro... christi fide ... periculo mortis ... hijs itaq similiter sim odiū ... peculiaris religionis vel sine ... facere comedere carnes tenetur illas nō comedere sicut ... manifestare ... ostendere ... vang ... habitu monachali est ... in signū ... religionis particularis puta b. dominici. tyrani ... non ... peculiaris ... religionis quia nō ... possunt mutare habitū monachale.

Et non solū hoc est verum sed si ... esset in aliqua provincia ... christiani profitentes suā fidē et religionē tenet deferre eiusmodi signū et si nō deferret peccaret mortaliter ut ait Caie. tanus et certe verū est. Probat̄ quia in isto casu ... ro... professione sua nō ab homine sed ab ipsa lege quia si taceret in isto casu peccat contra professionē fidei tacendo tempore necessitatis ... s. qū rogat ut manifestet fidē suam.

3. Concl. quū signa nō sunt istiusmodi sed sunt signa quibus ... quaelibet respublica pro voluntate sua et more suo habent. n. respublicae et provinciae diversa signa et habitus sicut patet quia inter christianos sunt diversa idiomata et habitus. Tunc christianus potest in qualibet provincia infidelium uti istis habitibus et signis praesertim pro liberanda vita. et ind... potest ... vestibus saracenorum et uti eorum idiomate et induere ... more illorum ne cognoscat̄ christianus et occidat̄. Probat̄. quia ista signa sunt aequivoca. s. istae vestes. idiomata et alia quae nō habent unā propriā et certā significationē sed possunt ad diversas inditutiones et significationes accipi. unde potest quis sine mendacio illis uti. Item ad redimendā vitam posset homo veste... et induere veste muliebri ut est constans omniū sententia. et si... licet alij sentire putantes illū nō esse virū sed ... ipse nō fallit illos quia illae vestes multa possunt significare et ita ille nō peccat illis utendo quia ... voluerit. Item. ista signa sunt legitima remedia quae natura instituit ut homines boni possint redimere se ab importunitatibus et tyrannide perversorum et sine ... hominibus probis ista remedia esset iniurium ... omnibus ... illis haec remedia. Item. licitū est uti verbis aequivocis quibus fallat iudex qui inique interrogat. v. g. rogat aliquis iudex si ipse commisit aliquod crimen et est occultissimū crimen possum dicere quod nihil scio de illa re. intelligendo. nescio ad dicendū et ... tibi. sed ... ille quidē iudex fallit ... mentior. quia similiter possū uti illis vestibus ad falli... tyranos.

Ex ista 3. conclus. solvuntur argumenta proposita. ad 1. n. dicimus quod nullum est mendacium quia ista signa sunt aequivoca et possunt diversis significationibus uti illis.

Ad 2. ... quomodo circumcideret filiū peccaret mortaliter

Reig modi ceremoniis sunt instituti in cultu et veneratione illius
religionis et ita ipso facto vel dicendo vel faciendo aliud simile
legis antiquae et hoc appellant doctores mendacium per institutionem et
hi. institutis Judaicae non significant Christum venturum. Sicut iste voces
Christus est venturus et sic vere in illis ceremoniis non est verum mendacium
quod patet quia apostoli post mortem Christi usi sunt istis signis ut
mater Sinagoga cum honore sepeliretur at tamen si in illis esset menda
cium non possent illis uti. unde peccatum non est quia in illis sit menda
cium sed quia utatur ximus [?] confiteretur quis illa religione non tamen quia sit
mendacium proprie loquendo quia isti signa sunt depositiva sive signi
ficatione sortiuntur postquam Christus dixit consummatum est

Est aliud dub. utrum Christianus qui in conventu aliquo infidelium corp[...]
[...]aret deos de sua [...] s. esset christianus anno et ipse taceret utrum
peccaret mortaliter tacendo et non confitendo suam fidem. Et videtur
quod non. Probatur. qui in illo temporis articulo tacet non subtrahit deo
honorem quem illi tenetur impendere ergo nihil peccat. antecedens patet quia certe
difficile est intelligere quem honorem subtrahat a Deo et consequentia est
manifesta quia maxime propter illud esset peccatum
Item praeceptum fidei impendendo honorem ipsi Deo est affirmativum quod
non tenemur praestare quolibet tempore sed licet hunc non impe
dat honorem deo satis fuerit alio tempore impendere ut non peccet.
Item si tyrannus non me rogaret de fide mea non erat tunc necessarium
illo tempore impendere deo honorem ergo quod tyrannus roget nihil addit [...] tunc
licebit

At in oppositum est quod S. Th. hic dicit quod tempore necessitatis quale
nemini confiteri fidem est quando tyrannus nos rogat de nostra fide. ut
ipsum ait S. Th. Rom. 10. super illa verba ore autem confessio fit ad
salutem. et addit quod tunc tempus est confitendi fidem. quia esset
necessarium ad confirmandos fratres in fide.
Item probatur bona ratione est praeceptum aliquo tempore fatendi
fidem sicut omnes omnino colligunt ex istis verbis Paul. Rom. 10.
ore autem confessio fit ad salutem. sed nullus casus potest occurrere
ubi sit magis necessarium fateri fidem quam iste.
Sit 4. I. Concl. si aliquis fidelis in hoc casu supposito dicat per men
dacium se non esse christianum esset mendacium perniciosum quod derive
rata te fidei et peccat mortaliter. Ista concl. est d. August.
11. q. 3. c. non solum. ubi ait quod non solum abnegat Christum qui dicit
ipsum non esse deum sed etiam qui asserit per mendacium se non esse Christianum.
Et probatur optimo argumento. quia Petrus apostolus in instanti passionis
tempore rogatus de sua religione solum dixit non novi hominem istum

[Left margin:] confitere / simulare / passione

[Right margin:] Sed dices hoc facile potest negari ... imo tunc non sunt de ... ipsa signa hic et ex parte signi sed quia est ex parte signi semper significant Christum venturum / sed quod ... non sit mendacium ... significationem ... sed aut ... ex parte ... tempore semper est ... Cajet. 1. q. 93. ... illis quod ... et quod illa signa significant Christum venturum dicit expresse S. Th. 1. 2. q. 107. ar. 2. ad 1.

Et tamen propter hoc solum dixerat illi [Christus] ter me negabis quia negare esse[t]
[Christum] coram discipulis est negare [Christum]. Item probatur ex illo Math. 10.
ait [Christus] qui me confessus fuerit coram hominibus confitebor et ego illum; qui
autem me negaverit. negare opponitur confiteri. ergo peccatum est negare.
2. Concl. Christianus constitutus in illo tempore articuli quem diximus si
tacet licet nihil dicat [nec negat] ipso silentio semper tacite committit est
peccatum mortale. probatur ex d. hieron. 11. q. 3. c. existimant [qui]
ait expresse quod ille qui tenetur confiteri fidem in isto tempore abnegat
fidem. Item d. chrysost. in c. nolite timere ibidem tenet expresse et
dicit quod non est solum proditor veritatis qui pro veritate mendacium loquitur
sed etiam ille qui aperte non fatetur ipsam veritatem tempore necessitatis
et adducit bonam rationem quia sicut sacerdos et praedicator qui praedicat
populo tenetur publice praedicare et proponere populo veritatem quam
ex deo accepit ita quilibet christianus tenetur confiteri suam fidem quam
a sacerdotibus et doctoribus. Circa quod c. advertendum est quod est
desumptum ex homil. 25. super math. in imperfecto chrysostomi.
Et in illa homilia d. chrysost. latissime probat nostram conclusionem et ait
quod sicut miles regis qui videret expugnari urbem si non prodi-
ret esset proditor ita miles christi qui videt religionem [Christi] ab hosti-
bus impugnari in silentio et tepide profitendo fidem proditor est
et probatur ex illo Math. 10. quod dico vobis in tenebris dicite
in lumine et nolite timere eos qui occidunt corpus. et subdit qui
me confessus fuerit coram hominibus confitebor et ego illum coram patre
meo qui autem me negaverit etc. Ubi notandum quod negare in tempore ne-
cessitatis idem est quod non confiteri. similiter loquitur [Christus] Joan.
20. quorum remiseritis peccata remittuntur eis quorum retinueritis
i. non remiseritis. sic negare est non confiteri. Unde eodem loco
math. 10. ait [Christus] ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum estote
ergo prudentes sicut serpentes explicat hoc hieronymus quod
sicut serpentes solent exponere periculo totum corpus pro conserva-
tione capitis ita fideles debemus pro tuenda fide [Christi] debemus
exponere periculo omnino bona temporalia et vitam
Item probatur ex illo luc. 9. ait [Christus] qui voluerit animam suam salvam
facere perdet illam qui perdiderit animam propter me. et subdit qui me
erubuerit et sermones meos hunc filius hominis erubescet cum
venerit cum angelis dei. certe qui in illo articulo temporis non con-
fitetur [Christum] erubescit illum. lege idem est chrysosto. loco allegato
Ad tertium dico quod licitum est christiano saeviente tyrannide fugere

ipsum non confiteri negare est.

ab vna civitate in aliam hoc concedit Christus math. 10. cum vos
persequuti fuerint in vna civitate fugite in aliam et habemus ex
emplum ipsius Christi math. 2. vbi Christus fugit persecutionem Herodis
3. Concl. quando aliquis christianus interrogatur de fide non propter
persecutionem fidei et religionis sed alia de causa.. non
esse peccatum mortale imo etiam nullum peccatum est silere
et ocultare fidem sed quaerere aliquam excusationem qua possit
evadere importunitatem illius. v. g. isti indi qui non propter
sequuntur odio fidei nostrae et religionem quam propter ipsam [illegible]
aliquod occurrerit illis [illegible] et interrogant illum sit ne christi
anus dico quod tunc non peccaret tacendo et ocultando fidem
imo etiam si significaret se non esse christianum nisi ille peccaret
ratio est quia isti indi existimant quod christianus est
nomen hominis facinorosi et propter multa mala quae illis
intulerunt et ita fecerint multi sapientes et christia
nissimi dixerint se non esse christianos accipiendo nomen
in illa significatione quod non sint illi christiani quos ipsi repu
tant id est non esse homines facinorosos quod illi indi
[illegible] et ita debet intelligi
[illegible] religionis [illegible] et
[illegible] quod fides exposita [illegible] fidei. et
[illegible] dicit hinc
[illegible] exprese loquitur S. Th. ad Rom. 10. lectione [illegible] quod exponit [illegible]
esse necessariam confessionem fidei quae exponit [illegible]
fidei.

Ex istis patet [illegible] quod in istis casibus necessi
tatis tenetur [illegible] fide [illegible]

Q. 4. De ipsa fidei virtute

Ar. 1. utrum definitio Pauli ad Hebr. 11. fides est substantia etc. sit bona

Resp. affirmative. Circa istam definitionem fidei est contentio
cum [illegible] hominibus circa illum locum heb. 11. et dicit
dico primo quod illa oratio non est definitio dialectica fidei sed potius
est quidam encomium fidei. velut si aliquis [illegible] daret [illegible]
ditione et diceret [illegible] sunt [illegible]
cando [illegible]. 2. dicit quod fides in isto loco non acci
pitur fides pro virtute intellectuali [illegible] quam credimus [illegible]
fidei sed accipitur pro fiducia quae est habitus voluntatis.
Dico tamen quod [illegible] ad [illegible] sententiae
omnium [illegible] quibus [illegible] quod ibi definitur fides

Theophilactus super illum locum dicit quod est definitio. et divus hieronymus
ad galathas 5. super illud fructus autem spiritus fides. ait
hieron: quod initer illos fructus non numeravit spem quia spes inclu
ditur in fide ait sicut patet ex ipsa definitione apostoli. est
autem fides etc. Item August. super Joan. tract. 79. expresse
dicit apostolum definivisse fidem. et probatur ratione manifesta
illa oratio fides est etc. explicat nobis maxime et exactissime
totam naturam fidei ergo est exactissima definitio ergo patet
ex art. 5. etc.

2. dictum Cajetani est intolerandum, repugnat enim contextui
Pauli. probatur Paulus dicit quod fides est substantia sperandarum
i. primum fundamentum spei. fiducia tamen non potest esse fun
damentum spei quia fiducia est effectus spei. est enim fiducia robur
quoddam spei. et rursus ait Paulus quod fides est argumentum non apparentium
i. lux quaedam eorum quae non apparent. hoc tamen non potest compe
tere fiduciae sed virtuti quae est in intellectu non in voluntate.
Unde intellectus Paulinae definitionis est iste. fides est substan
tia i. initium et inchoatio futurae beatitudinis. per fidem enim iam
aliquo pacto incipimus iam possidere ista bona in vita futura
quae expectamus. substantia quippe dicitur initium rei in quo
tamquam in fundamento virtute continentur cetera sicut altum funda
mentum domus virtute continet totam domus aedificationem. et in dis
ciplinis prima principia dicuntur substantia totius discipli
nae quia in illis virtute continetur tota doctrina. ita fides est substan
tia rerum sperandarum. 2o. potest accipi substantia
pro censu pro facultate pro bonis quibus homo vitam ducit
sicut Lucae 15. ait filius prodigus patri da mihi substantiam
quae me contingit. sic ergo ait Paulus quod fides est substantia i.
census et facultas rerum sperandarum et futurae beatitudinis
per quam substantiam in vitam aeternam venimus. 3o. in potest
accipi substantia pro fundamento spei christianae et in graeco
utrobique legimus substantia legunt ὑπόστασις quia ex
cognitione quam habemus de fide et apprehensione per fidem promissa
divina spectamus ex fundamento nostro in vi diminutae
firmissimae spei futurae beatitudinis gaudere et ita reddi
tur sine glo. et pro isto intelligentia ad heb. 6. ubi ait
Paulus ut per duas res quibus impossibile est mentiri deum

Duae res sunt promissio et jusjurandum, quibus confugimus ad tenendam spem. ex illis enim scit spes certissima.

Argumentum. vero accipit a Paul. pro effectu argumenti est. argumenti vero, ea indubie faciens fidem. effectus vero argumenti est ipsa probatio et manifestatio. et ita ait quod fides est argumentum i. probatio et manifestatio rerum quae sperantur. et ita Chrysostomus ubi nos legimus argumentum legit ipse convictio rerum non apparentium.

Ar. 2. utrum fides sit in intellectu vel in voluntate

1. Concl. cum actus fidei sit effectus necessarium est quod in intellectu sit effectus habitus fidei et voluntas sit effectus charitate.

2. Concl. habitus fidei est subiective in intellectu acquirendo de actus fidei est actus elicitus intellectus et non voluntatis.

De materia huius articuli est agendum art. 5. sequenti.

Ar. 3. utrum charitas sit forma fidei

Concl. 2. est quod charitas est forma tam habitus quam actus fidei. In hac concl. notandum quod est communis sententia omnium Theologorum quod charitas sit forma fidei quia charitas ordinat fidem ergo quod charitas est forma fidei quod charitas ordinat fide[m] ... Sed tenet magister in 3. d. 23. et ibidem omnes. Ambrosius istam quae tenet magisterium 3. d. 23. statim ... ubi ait quod idem tenet super epistola ad Rom. c. 14. ... charitas est mater omnium virtutum et forma illarum sine qua nulla potest esse virtus. et Magister sententiarum allegat pro hac sententia ... Ambrosius ... in nostris exemplaribus. Sed probatur ex sacris literis Jacobi. 2. fides sine operibus intellige charitatis mortua est in semetipsa quia sicut corpus ... animam sic fides ... charitatem. Item Paul. ad Gala. 5. fides quae per dilectionem operatur. habet itaque fides efficaciam operandi ab ipsa charitate quae format illam. Item 1. ad Tymot. 1. finis praecepti est charitas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. sed ... charitas est finis ... illa formant omnes virtutes ... ad ... collegit s. Th. argumentationem ... sicut in rebus ... charitas non est forma fidei ... et alteram partem compositi naturalibus formis est differentia ... et tamen ... sub ... quod charitas est forma fidei ... in forma ... formalis ipsius fidei

22 q. 3.

charitatis tamen est forma extrinseca et accidentaria fidei
appellatur. s. formaliter quia ordinat actum fidei in summum
bonum quod est obiectum fidei. Unde D. Jacobus dixit
notanter quod sicut corpus est mortuum sine spiritu ita
fides sine charitate mortua est quia licet corpus vivificetur
et sic fiat ab spiritu tamen non est forma intrinseca esse-
ntialis corporis sed totius compositi. Unde absente anima
corpus manet mortuum et effectus per se corporis et habet per se
formam et integram rationem corporis.

2m est tamen dub. utrum charitas sit forma fidei ratione
magis propria et magis peculiari quam reliquarum virtutum
quia certum est quod charitas est perfectio et forma aliarum
virtutum sine qua omnes virtutes imperfectae sunt. Ita ait
Paulus. 1. corinth. 13. ait quod si habeat omnes alias virtutes chari-
tatem tamen non habeat nihil est. Queritur ergo utrum peculiari
modo sit forma fidei.

Rx pro ambobus dub. charitatem peculiari nomine et ratione dici
esse formam fidei quam aliarum virtutum. Patet quia fides est
dispositio proxima a deo data ut charitatem habeamus
ratio. n. quare deus praecepit nobis ut credamus istas verita-
tes supernaturales est ut per charitatem toto corde in ipsum [illegible]
[illegible] et proximi dilectione. hoc tamen aliis virtutibus
non ita proprie competit et proxime. Praeterea habet
hoc peculiare fides quod convenit cum charitate maxime
in obiecto. fides. n. habet pro obiecto primum et summum
verum charitas tamen primum et summum bonum. deus
tamen utrumque est et summum bonum et summum verum. Ita
est maxima affinitas ex parte obiecti inter has virtu-
tes quod in aliis virtutibus minime reperitur.

Ar. 4. utrum fides informis possit fieri formata vel e contra

Concl. est fides formata per charitatem et fides informis
est eadem numero. Ita quod per peccatum mortale eadem numero
fides quae erat formata fiat informis.

2m est Dub. utrum ista Concl. S. Th. sit vera et necessario
tenenda. Et videtur quod non sit eadem numero fides in [illegible]
ne [illegible]. 1o de virtutibus infusis omnium donum spiritus [illegible]

amittuntur amissa charitate et ipsa adveniente simul adve-
niunt sed fides est virtus theologica et infusa quae amissa
charitate amittitur sicut aliae et sic non erit una numero fi-
des formata et informis. 2. arguitur homo mortuus
non est eiusdem speciei cum homine vivente sed differt spe-
cie ab illo sicut n. picturae hominis non est homo sic homo
mortuus non est homo. sed fides sine charitate est
mortua non est fides ut dicit Jacobus ergo non est eiusdem speciei cum fide
formata. 3. peccatum mortale impedit infusionem
fidei ergo impedit etiam conservationem fidei et sic fides
non poterit esse simul cum peccato mortali: ans. probatur
ex d. th. 1. 2. q. 62. ar. 4. ubi expresse dicit quod simul
cum fide et charitate infunduntur omnes virtutes etiam theologicae
ergo et ita peccatum mortale erit impedimentum infusionis omnium virtutum
et sic impedimentum fidei quae est virtus theologica sicut est impedimentum
ipsarum charitatis. quod probo quia tantum est Deus
conservare fidem infusam quam ipsam infundere. Ergo
conservare fidem infusam quam nec conservat illam cum ipsis
non infundit illam peccatoribus ergo nec etc. ut videmus et inde metdis
Item probatur haec quia in naturalibus ita videmus quod sit
dispositio quae requiritur ad introductionem formae substantialis
est necessaria ad conservationem ipsius
formae. sed ad introductionem et infusionem requiritur gratia
et charitas ergo et ad conservationem.
Ad dub. Respondeo quod certissime et firmiter fidem tenendum est
itaque esse errorem contra fidem dicere quod est alia fides in
mortali peccato et alia eo quod est infusa sed eadem numero
numero fides est in utroque. Probatur habitus non potest
corrumpi nisi per actum contrarium sed non quodlibet
peccatum mortale contrarium fidei sed solum peccatum infidelitatis et haeresis ergo fides potest compati peccatum mortale
nisi sit infidelitatis. Item quia si quodlibet peccatum mortale
tolleret fidem sequitur quod quilibet qui peccat mortaliter
esset infidelis et haereticus quia desereret sponte fidem quod
tuetur falsissimum quod. Item patet ex definitione conciliorum
Tridentini contra Lutheranos sess. 6. c. 28. definitur fides
non amitti in peccato mortali et est quod fides christiana est in peccatoribus. 2. quod eiusmodi fides est vera fides et habet veram
rationem fidei

3m. quod istorum fides sufficit denominare hominem fidelem simpliciter licet sit in peccato mortali et qui oppositum dixerit anathema sit quae quidem est vera.

Et ratio S. Th. in hoc art. est certissima manifesta. quia ratio fidei et spei desumitur a prima veritate, perfectio autem quam habet a charitate est extrinseca et accidentalis unde licet illa abeat manet tamen vera fides.

Ad 1m arg. Dicendum quod omnes virtutes amittuntur cum charitate praeterquam duas fidem scilicet et spem quae non habent connexionem cum charitate aliae omnes infusae et dona Sp. S. amittuntur cum charitate.

rationem autem quare assignat S. Th. 12. q. 65. ar. 4. ad 1. quia aliae virtutes infusae habent connexionem cum prudentia infusa unde cum ipsa non possit manere sine charitate nec aliae possunt manere quae ab ipsa dependent. ratio autem quare non potest manere prudentia non solum in esse virtutis sed neque in esse prudentiae est quia nullus ei absque charitate restaret actus prudentiae infusae sicut restant fidei et spei et similis ratio est in aliis virtutibus infusis et haec est ratio bona Caietani 12. q. 65. ar. 4. et q. 85 et ad 1. quia actus proprius temperantiae infusae est a proprie moderari cibum in ordine ad finem supernaturalem absente autem charitate non posset habere sine ea [illegible] unde non maneret neque ratio temperantiae infusae sicut fides manet in ratione fidei infusae quia dirigit sine charitate licet non perfecte propter quod non manet in esse virtutis.

Ad 2. Dicendum quod homo mortuus non est vere homo nec habet formam hominis quia anima est forma essentialis et intrinseca hominis at vero in fide charitas non est forma intrinseca et essentialis fidei unde potest fides manere destructa charitate. Unde S. Jacobus non dixit quod sicut homo mortuus est sine spiritu ita fides sine charitate sed dixit sicut corpus sine spiritu mortuum est quia corpus mortuum habet veram et propriam rationem corporis ita fides mortua est vera fides.

Ad 3. Dicendum quod peccatum mortale non impedit infusionem fidei et spei sed potest aliquis homo habere fidem et spem ex infusione sine hoc quod infundatur gratia v.g. si aliquis habet voluntatem suscipiendi baptismum sed tamen habet pravam voluntatem circa peccatum mortale et sic baptizatus ille recipit fidem et spem infusas et tamen non charitatem neque gratiam propter eius peccatum mortale. et dico quod etiam extra sacramentum potest hoc contingere v.g. audit aliquis praedicationem et videt illam confirmari aliquo miraculo manifesto potest tunc assentiri rebus fidei et Deus dat illi fidem et erit vera [illegible] et tamen potest esse in aliquo peccato mortali et sic non infundet illi gratiam et charitatem.

Et istam sententiam tenet expresse S. Th. 1. 2. q. 6. ar. 12. ad 3. et Caietanus ibi. Unde quod dicit S. Th. ar. 12. allegato debet interpretari simul cum gratia infunduntur omnes virtutes theologicae regulariter et communiter, tamen contingit et tamen supponere debemus potest oppositum contingere ut diximus.

2. etiam potest intelligi secundum Caietanum ibi quod simul infunduntur omnes virtutes formaliter quoniam virtutes sunt ...

S perfectione virtutis qua non est charitas fides et spes non sunt perfectae virtutes

Ar. 5. utrum fides sit virtus

1. Concl. fides formata per charitatem est proprie et perfecta virtus. 2. Concl. quae informis est et non est charitas fides licet aliter ... proprie fides non tamen est vera virtus neque eius actus est actus virtutis perfectae et verae neque simpliciter.

In hoc art. est difficultas de veritate 2. concl. s. th. videtur n. falsa. Probatur illa fides inclinat in actum bonum respectu quibus scilicet summum verum et inclinat ad assentiendum illi immobiliter et certissime quod absolute et simpliciter est virtus. minor est notum quod probatur quia illa qualitas facit bonum habentem et opus eius bonum haec est n. definitio virtutis est quod bonus ... actus assentiendi veritatibus divinis. 2. credere per veritati certissime et infallibiliter est actus summe laudabilis et habet magnam difficultatem ergo ex necessitate oportet ponere virtutem ... patet quia virtus est quae ... aliud elicitur patet quia quia virtus est ... laudabilis non difficiles. 3. ... praecepta sunt ... et absolute charitatis ergo fides etiam sine charitate proprie et absolute est virtus. patet quia praecepta dantur de actibus virtutum quia virtus proprie.

Ad hoc dub. Durand. in 3. se. d. 23. q. 6. dicit quod virtus proprie potest considerari primo appellando virtutem quemcumque habitum potest considerari per actum laudabilem. 2. accipiendo pro quem producitur actus laudabilis ... pro habitu per quem proprie virtus proprie et strictissime sumpta ... potest in illa ductus optimus et perfectissimus actus quo est potest ... virtus est ultimum potentiae sicut dicunt philosophi quod virtus est ultimum potentiae ... idipsum in quod potest potentia ultimate. hoc supposito dicit durand. 3. 1. quod accipiendo virtutem primo modo fides christiana sive formata sit sive informis est virtus. probatur fides ... facit intellectum adhaerere ... veritati quod est virtus isto pacto firmiter et immobiliter per veritati quod est virtus. 2. modo ... 2. dicit dub. quod accipiendo virtutem 2. modo ... fides sive formata sive informis non est virtus simpliciter et absolute loquendo. Pr. 3. ipsa fides non facit intellectum producere optimum et perfectissimum actum quem ... possibile est ... patet quia non facit quod videamus manifeste et explicate ipsas veritates quod obscure et in caligine ...

Et hic iste est perfectissimus actus quem intellectus habere potest. 3. dicit quod fides non est magis virtus acquirendo illam sicut appellatur virtus eo modo dicit quod non est magis virtus quando adest charitas quam quando abest. quod est contra conclusiones S. Th. Et probat perfectio virtutis in hoc consistit quod faciat intellectum humanum firmiter adhaerere veritatibus. Sed talis firmitudo et certitudo est quando adest charitas quam quando abest. 4. sed hic dicit quod Caietanus quod aliqua perfectio quae provenit ex charitate est quidem extrinseca, scilicet utilitas et meritum

1. Pro explicatione oportet notare primo cum Caiet. sic quod fides formata et informis cum sit una numero differt a semetipsa sicut perfectum et imperfectum in eodem genere sicut homo puer differt a seipso viro perfecto et temperantia in ipsa aqua [illegible] et postquam multis actibus roborata est. et sic debet intelligi S. Th. quando dicit quod fides formata est virtus i. habet statum virtutis. fides vero informis non est virtus licet enim sit eadem non tamen habet statum virtutis completum et perfectum licet habeat essentiam fidei

Est igitur 1. Concl. fides formata proprie et formaliter est vera et propria virtus contra durandum. Patet ista prop. ex communi sententia sanctorum qui omnes dicunt esse tres virtutes theologicas, scilicet fidem spem charitatem, quae absolute et proprie est virtus. Item per ipsam fidem formatam justificamur et reddimur amici dei sicut ait Paul. ad Rom. 5. Justificati ergo ex fide pacem ad deum habemus. ergo fides formata proprie et simpliciter est virtus et praedicta maxima virtus quia facit nos amicos dei. Item patet ex c. de consecr. [illegible] ubi absolute fidem appellant virtutem [illegible] probat hoc quia s. non est in intellectu perfectissimus actus intellectus quia est videre. dicendum quod [illegible] est quod elevet intellectum ad optimum et praestantissimum actum quem in hac vita potest habere.

2. prop. fides informis non est simpliciter et absolute virtus non enim habet statum virtutis sed secundum quid dicitur virtus. patet actus fidei pendet intrinsece ex intellectu qui elicit et ex voluntate quae imperat ut ille actus habeat integram et completam perfectionem exigitur ut utraque potentia sit perfecta intellectus

intellectu et habitu fidei et charitas sit in voluntate. Et confirmatur. si in appetitu sensitivo sit appetitio studiosa circa cibum et potum illa appetitio non haberet integram et perfectam rationem virtutis nisi in intellectu esset prudentia que ordinaret illum ad bonum honestum secundum rationem. ergo similiter actus fidei non habet integram et consummatam perfectionem si non sit in voluntate charitas. Item quia actus virtutis ut ordinans illam fidem in summum bonum. Item quia actus virtutis perfecte et consummate virtutis debet esse promptus et facilis delectabilis et immobilis ut ait Arist. 2. eth. c. 4. sed sine charitate actus fidei esse non potest promptus delectabilis et omnino immobilis quod certe ipse experientia docemur quia qui non diligit deum ex toto corde non omnino immobilis nec ita faciliter credit quod. Item experientia ipsa videmus quod ad credendum exigit maxime pia voluntas a fide experimur enim quod amicis nostris facile credimus inimicis vero non item quod ad fidem requiritur charitas que charitas congruit multum fidei. Item probatur ex sanctis et scripturis. Hieron. super illud amos. 2. c. super illa abiecerunt legem domini decepit enim illos idola sua. notat sibilliter quod populus abiecit mandata domini voluntate sua postea vero ydola sua deceperunt illos abiecta enim charitate que est in mandatis facile tollitur fides et tunc sequitur error. Item Paulus. 1. ad timot. 1. monet tymoteum ut teneat semper habere bonam conscientiam quam inquit quidam repellentes circa fidem naufragaverunt. similiter math. 3. Joannes precursor in exordio predicationis a penitentie conscientia. agite penitentiam appropinquabit regnum celorum. si inquit vultis fide intelligere misteria que vos sum docturus penitentia mundate et certas facite somnitas vestras. Ex quibus patet quod maxime ex parte perfectio fidei dependet a charitate.

Ad rationem et 1. dubii. quando dicitur quod perfectio intellectualis fidei est eadem in fide formata et informi. aliunde vero perfectio est extrinseca. Dico est quod ista ratio dubii nihil valet sed dico quod etiam ratione ex parte intellectus est et multo minor in fide informi quam in formata. quia ille qui habet charitatem etiam se dicit quo cum merito.

non enim potest peccator delectabiliter credere perfectissime et aliud delectatione convenienti ipsi actui fidei.

et itare ut credat quod amissa charitate facile amittitur fides immo quod ipsa amissio charitatis est principium amissionis fidei cuius ratio est quia ultimum in edificatione necessarie primum in destructione ut patet in fundamento et tecto domus in edificatione et ruina primum in edificatione est fides ultimum charitas. in destructione primum est charitas et in est principium destructionis fidei.

adheret inmobiliter p.ª veritati et credit faciliter et immobiliter quod ... ad ipsam fide e ... nulla habet ratio meriti. que omnia desunt fidei informi

Ex his omnibus facile probat ... arguta quae in principio ... ad probandum quod fides informis sit virtus ... probant quod est virtus sed quod non sit simpliciter

Ar. 6. utrum fides sit una virtus in omnibus

I. Concl. fides secundum speciem est una virtus in omnibus credentibus

2. Concl. secundum numerum tot sunt fides quot fideles.

3. Concl. si loquamur de fide quod ... ad illa credimus ... omnium fidelium est una fides quia omnes eadem veritate credimus

Imp.º q.º oportet advertere quod glo. m.c. similiter de sum. ... est fide cathol. tenet ... dicit ... quod fides formalis et fides informis differunt specie. idem tenet glo. in ... de gumatici ... Sed hi iste glo. ... dicunt ... dimus quod in quolibet est eadem numero fides informis et ... ta. est in omnibus est una species fidei quae est una ... formalem in omnibus.

Circa 3. concl. Est dub. utrum fuerit eadem fides in patribus antiquis ... et nobis. Et videtur quod ... porte ... sit dissimilis fides. patet antiqui credebant Christum venturum nos certo credimus ... venisse ... differunt credibilia omnino ut probat. s. th. 1. 2. q. 14. ar. ad. 3.

Ex. quod certissime tenendum est fidem antiquorum patrum nostrorum esse unam eandem quod fidem ... ex parte credibilium et ... eiusdem speciei. ista concl. probat ... Aug. ... tract. 45. sup. illud ... salvabit. omnes enim ... erunt ... lib. 19. contra faustum c. 16. ... probat ... ex illo 2. corint. 4. habentes eundem spiritum fidei sicut scriptum est credidi propter quod locutus sum et nos credimus Idem affirmat paul. ... 1. corinth. 10. nolo vos ignorare fratres quod patres nostri omnes sub nube fuerunt et consuetudit ... aute

bibebant autem de consequente eos petra, petra autem erat Christus.
Et ratio s. Th. in hoc art. quae convincit quod semper fuit in omnibus fidelibus idem obiectum fidei formale et idem motivum, sed ex formali obiecto fidei debet sumi unitas specifica, quod omni tempore fuit eadem fides in specie.
Unde licet sacramenta fuerint diversa olim et significationes fidei et voces quas illi dicebant Christus est venturus, nos autem dicimus Christus iam venit, sed tamen res ipsa credita et significata eadem est, quoniam [illegible] s. Christus et eius promisse[illegible]-tur. ex his quae solvuntur argumenta in contrarium facilium.

Ar. 7. Utrum fides sit prima inter virtutes.

non quaerit s. Th. de dignitate sed de ordine.
1. concl. virtutes theologicae simpliciter sunt priores moralibus.
2. concl. inter tres virtutes theologicas fides prior est aliis omnibus. 3. concl. aliquae virtutes morales per accidens antecedunt in nobis aliquo[modo] fidem.

Ar. 8. Utrum fides sit certior scientia et aliis assensibus etiam evidentibus.

supponit 1° quod in virtutibus naturalibus aliae sunt circa contingentia, aliae circa necessaria. 2° supponit quod istae 3 virtutes scientia, sapientia et intellectus [illegible] accipiuntur. 3° supponit quod certitudo assensus potest ex duplici capite haberi, uno modo ex parte causae, alio modo ex parte obiecti.
1. concl. fides ex obiecto suo est multo certior quam prudentia et ars.
2. concl. ex parte causae et motivi ad assentiendum fides est multo certior omnibus aliis assensibus naturalibus. 3. concl. si attendamus certitudinem in assensu ex parte subiecti, assensus scientiae certiores est quam assensus fidei. 4. concl. simpliciter et absolute loquendo omnibus pensatis[?] sumptis inde assensus fidei est certior quam omnes alii assensus. 5. concl. si accipiamus scientiam sapientiam et intellectum prout sunt S. S. dona non sunt tamen certiores habitus sicut habitus fidei qui fundantur in ipsa fide.
2. dub. Utrum assensus fidei in nobis sit certior et firmior quam assensus virtutum intellectualium scientiae sapientiae et intellectus.
Et videtur quod assensus scientiae in nobis sit certior et firmior quam assensus fidei ex 3° et 4° q[uaestionibus] s. Th. in quibus dicit quod licet simpliciter fides sit certior, tamen in nobis propter imbecillitatem nostri intellectus scientia est certior. In oppositum est etiam ipse s. Th. qui dicit quod motivum fidei et causa qua inducimur ad assensum fidei est multo certior et firmior quam causa assensus scientifici, ergo debet in nobis causare firmiorem assensum. Ad 1um. Caieta-

Ad hoc dub. Caietanus videtur in hac q. tenere quod assensus fidei in nobis
est minus certus quam assensus scientiae licet sim. sit et simpliciter sit
certior et firmior. Eandem sententiam tenet expresse Capreolus
in 3° sen. d. 25. q. unica q. 3. et nititur probare illud ex d. Th.
Idem tenet durandus 3. d. 23. q. 7. et putat se tenere contra
S. Th. in hoc art. in oppositum quod expresse et Caietanus. et probatur
ista sententia. 1° quia ille assensus in nobis est certior et firmior a quo non
recedimus cum maiori difficultate et labore sed assensum scientiae non
possumus reijcere nec possumus quae demonstrative discernere. at
vero assensum fidei facile reijciunt homines et fiunt heretici.
2° argumentum. assensus scientiae est certus et firmus et ratio est
manifesta et evidens assensus vero fidei non habet istam evidentiam
licet sit firmus et certus quam assensus scientiae ratione evidentiae in quo
erit fidei erit firmior. 3. argumentum ex argumento S. Th. ille assensus
videtur minus certus et minus firmus qui admittit secum aliquam dubi-
tationem et ille infirmior qui admittit. sed fides admittit multas dubita-
tiones quibus molestantur multi fideles scientia vero non admittit aliquam
dubitationem ergo. 4. argumentum. assensus beatorum in patria circa istas veri-
tates quas nunc credimus est multo firmior quam in nobis illud vero non
provenit in illis ex parte obiecti nam omnes quas nos credimus easdem veri-
tates eadem [illegible] i. quidem illis revelat sed provenit illis maior
certitudo ex ratione evidentiae et clarevissima quam evidentia ita [illegible]
in nobis maiorem certitudinem quam scientia quae fiat evidentia ex [illegible]
faciet in nobis maiorem ~~evidentiam~~ firmitudinem et certitudinem et [illegible]
qui cognoscit per scientiam istam propositionem deus firmius assen-
tit illi quam per fidem. His argumentis tenet hoc Durandus et putat se tenere
contra S. Th. in hoc art.

Pro explicatione quaestionis supponendum cum S. Th. in 3. d. 25. q. 2.
ar. 2. q. 3. et alibi quod certitudo nihil aliud est quam determinatio
huius intellectus ad aliquod obiectum verum et firma adhaesio
ad illud. Est tamen advertendum quod dicimus ad obiectum verum
quia si esset propositio falsa cui aliquis certissime quis assentiret
licet firmissime adhaereat illi intellectus numquam tamen [illegible] esset cer-

 cer sitat sigi na or 348

m' est certus vn^e heretici qui p̄ tinacissime ad
herent suis erroribus nullam habent certitudi
nem qr obiectum cui adherent no' e' stabile qr
est falsum

esto p^a concl^o contra durandum et quod videt
c^a caietanum et capreol. asensus fidei in nobis e' cer
tior qz quicunqz assensus natis l3 evidentissimus.
hec concl^o credo certe qr e' expressa .S. th. in hoc ar
solve ad 2^m et 3^m et adhuc melius et apertius hoc
tenet in 3^o Sent. d. 23. q. 2. ar^o 2. q^a 3 et me
lius in disputatio^e ~~de~~ veritate q. 14. ar. 1. ad 7. ide'
cum .S. th. tenet marsil. in 3. q. 14. ar. 1^o dubi
um 4. gabriel in 3. d. 23. q. 2. et p^bat p^o qui
libet fidelis asentit magis et firmius et certius huic
propositioni deus hac ratione qr fides docet et deus illam re
uelat qz per demonstrationem quamcunqz. 2^o am p^o
bat qr quilibet ho' cristianus iudicat qr e' magis credendo'
du' et firmius adherendum illi propositioni qr [illegible]
que est infalibilis et neqz falli neqz fallere pot. qz ex
co qz ro' natis hoc dicat que et falli et fallere pot.
idem dico de ista propo^e ara est inmortalis cui propter
fideles firmissime asentiunt qr fides illam docet,
qr ro naturalis hoc ~~predicat~~ doceat. 2^o p^bat eunde'
ti argumento. ante qz predicaret nobis fides X^i
quilibet minimum putaret qz esset certissimum hac de
monstratio' ista essentia est pater et ista eade'

est filius ergo filius est pater et tamen adveniente fide credimus ambas utrasque premissas et negamus consequentiam et consequens et nihili pendimus syllogismum expositorium rationis naturalis et adheremus fidei ergo illa habet in nobis maiorem certitudinem. Similiter in fideli monstrato sibi sacramento altaris iudicat aut dicit esse ... quod ibi est panis et tamen fides corrigit intellectum et docet quod ibi non est substantia panis ergo certitudo fidei superat multis partibus certitudinem scientiis. Si quidem relinquimus cognitionem naturalem, probatur ille assensus in nobis est certior et firmior qui habet causas potentiores et firmiores. Sed assensus fidei habet in nobis certiores et potentiores causas quam scientia ergo probatur minor quia causa et fundamentum scientie est medium et primum principium ipsum et lumen naturale quod est certum quo vix possumus unam veritatem naturalem querere at vero causa fidei ex parte intellectus est lumen infusum fidei supernaturale quod movet efficaciter voluntatem ut imperet intellectum et faciat illum assentiri et rursus ex parte obiecti est prima veritas et revelatio divina iste vero sunt cause divine et multo potentiores quam alie scientie ergo istam conclusionem videtur apte docere paulus 2 corinth. 10 arma militie nostre non sunt carnalia sed potentia adeo ad destructionem munitionum consilia destruentes et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam dei ubi apte docet pau. quod fortitudo fidei destruit omnem scientiam et redigit intellectum captivum in obsequium suum idem dicit 1. corin. ... ubi sapiens ubi scriba ubi inquisitor huius seculi i. philosophus investigator rerum naturalium nonne stultam fecit deus per fidem destruxit omnem sapientiam mundi quod docet altiores veritates et est illa quam filosophi credebant se scire per scientiam ~~~~~ humanam ~ 2a conclusio. assensus fidei in nobis non solum est firmior in nobis et certior (ut dictum est) sed etiam ... se ... quecumque veritas naturalis sive scientia sive

intellectus. ista vero ratio est aliquorum malorum dialecticorum qui putant quod veritas
assertiorum veritate sed quod veritas est maior quacumque alia veritate
quia illae veritates sunt etiam maiores aliis veritatibus. et probatur ex
usu loquendi solemus dicere est maior veritas quam audistis quod est
una veritas alia maior. item quia in religione et ratio humana audimus
aliquem dicere hoc est veritas sicut deus est veritas. dicimus illum esse
blasphemum et merito quia est latitudo in veritatibus.

Ad 1. arg. dico quod s. th. debet intelligi quod ex parte subiecti assensus fidei
non est tam certus. debet intelligi quia non est evidens. et ipse se declarat
dicens quia non intelligere recipimus veritates fidei et propterea appellat illum minus certum non quod ita sit.

Ad 2m arg. dico concedit maior. neg. min. quia in primis dico quod
boni fideles et bene christiani multi facilius deserunt disciplinas
et scientias quam fidem. hoc est n. quod dicit Paulus in capite videntem cedisse
tres intellectus. credimus n. quod deus est trinus et unus et alia licet contra
humanum aliud videntur docere. 2. dico quod illa propositio est falsa. s. illi
propositioni firmius et certius assentimus a qua cum maiore difficultate avellimur.
falsa est propositio potest n. contingere quod sit minus firmissimi propositum de aliqua re et postea oblata occasione facile discedamus
ab illa. v.g. ille qui vere poenitet, suorum peccatorum habet firmissimum propositum minus amplius peccandi licet sit illi moriendum. et tamen
oblata occasione facilius vitatur peccatum quam mortem appetit. ita similiter
dico de assensu fidei quod licet firmissime assentiat alicui propositioni. tamen
oblata occasione potest divelli ab illo facilius quam ab assensu scientiae
et ratio huius est quia assensus fidei licet sit firmissimus et certissimus
pendet tamen ex imperio voluntatis et ita potest quis pro malitia voluntate deserere illum assensum at vero assensus scientiae non pendet ex
voluntate sed ex intellectus principiis et ideo non potest quis ab
illo divelli licet non sit ita firmus sicut assensus fidei. 3. dicitur
quod aliud est loqui de habitu fidei et habitu scientiae aliud vero est
de actibus eorum formaliter n. habitus scientiae est magis radicatus et
confirmatus in intellectu quam habitus fidei et tamen loquendo de actibus
assensus fidei multo firmior est quam assensus scientiae. 2. testatur
in huiusmodi rebus. calor in ferro ignito est in esse maximo. cum
tenedicatur est firmior... in ferro quam in ferro
ita ... ... et tamen ... ... in ferro

tas consistit in sibi ... et quod una non est maior alia. hoc docet s. th. 1. c. gentes. c. 3. ubi dicit quod fidei veritates sunt potiores et maiores quam aliae veritates naturales. item dicitur 2. met. t. 41. ubi dicitur quod una potestas est maior alia, et plures quaestiones fidei sunt asserti

fortig. n. cale fecit vel . serui p sto mathi. sicq. enim liter mg
Ad. 2. dr q licet probat q illud quod cognoscimus p scientiam
pluribus modis cognoscimus est. n. assensus scientiae talis q
p illum cognoscimus . certe . firmiter, et evidenter . assensus
vero actu fidei solum habet duo . at vero certitudo fidei est
propter auctoritatem quam certitudo scientiae simul cum evidentia.
Ad. 3. [illegible] 3o se. d. 23. q. 1. et 24. q. 1. dicit q fides
non reijcit omnem dubitationem sed. solum illam quae tendit
in assensum oppositum contra veritatem fidei. Unde colli-
git q cognitio prophetica est multo certior et firmior quam cogni-
tio fidei quia prophetia tollit omnem prorsus dubitationem sed
cognitio fidei admittit aliquas dubitationes illas tantum
reijcit quae tendunt in assensum oppositum fidei. Et ita per
hanc sententiam magistri Durandi habet maiores vires quam [illegible]
Adrianus in quodlib. [illegible] statim apud initium multi [illegible]
tionem [illegible] tenet contra ipse oppositum quod fides [illegible] tollit
prorsus omnem dubitationem si vera fides est. et probat
quia si admitteret fides aliquam dubitationem certe in nihil
differret ab opinione quae cum assensu habet formidinem
et dubitationem de opposito. Item probat ex August. l. de
doctrina christ. c. 5. ubi ait in his quae pertinent ad fidem [illegible]
non est licitum dicere forte ita est. Hoc n. dicere infideli-
tas esset. Item probat aliter quia ille [illegible] ex
c. 1. extra de hereticis dubius in fide infidelis est. et ita
est sententia omnium doctorum quod fides [illegible] nullam ad-
mittit dubitationem. Sed tamen Adrianus non respondet ad ex-
perientiam quam videmus quoniam videmus multos viros probos
et fidelissimos qui tamen patiuntur saepe plures dubitationes
quibus valde affliguntur illas moleste ferentes et tamen si vera
est sententia Adriani quod fides nullam admittit dubitationem
illi essent deterioris conditionis [illegible] et in [illegible] quominus
in desperationem adducerentur.
Pro solutione quaestionis [illegible] Durandi. dico quod duplex est dubitatio
alia est deliberata quam homo sciens et volens patitur

vistam dubitationem fides per oppositum reijcit et illa reiecta non impedit assensus fidei. et quicumque patitur istam dubitationem est infidelis ut patet ex c. 1. extra de hereticis. 2° hic istam dubitationem patitur bene oportet et assensus opinatur. tertio aliquando dubitationes sunt naturales et inde libertate que proveniunt motiones ex iniquitate corrupta corporis complexio que homo contra voluntatem patitur et non lesissime illas fert. iste dubitationes optime se compatiuntur cum fide firmissima et certissima. in quibus dubitationibus nihil peccat homo sed potius meretur multum cum patienter et bona voluntate fert illas. et qui habet firmissimam fidem aliquando patitur istas dubitationes. Et pro intelligendo qua ratione quomodo possunt iste dubitationes cum firmissima fide oportet videre s. th. de veritate. q. 14. ar. 1. ubi mirabiliter reddit rationem a priori de hoc re. dicit s. th. quod est naturalis conditio nostri intellectus quod numquam quiescit in investigatione et inquisitione quousque veniat ad terminum lex omnis cum tota inquisitio nis est clara visio et cognitio et quia in fide tenet intellectus captivus ab ipsa voluntate et non possumus cognoscere plene illa que credimus sed per captivitatem intellectus credimus. Inde est quod ex naturali investigatione recurrunt scrupuli et dubitationes licet fides sit firmissima quia voluntas captivat intellectum in obsequium fidei. Ad 2m. dicendum distinguit maior. de dubitatione. si n. loquamur de dubitatione deliberata qua homo voluntarie et sciens patitur concedit maior sed minor est falsa si vero sit sermo de alia dubitatione negatur. possunt n. esse fides firmissima licet ex conditione naturali intellectus se offerunt iste dubitationes. Ergo certe valde notandum pro scrupulosis.

Ad 4. mag. Marsil. ubi s. et gabriel ubi s. dicunt quod beati non cognoscunt certius et firmius has veritates in videntes illas quam nos quo nos scimus in via sed eadem certitudine firmiter stant illi. et ratio est quia ex eadem causa et motivo omnes cognoscimus. s. quia deus illas veritates revelavit. solum est differentia quia illi evidenter illas cognoscunt et nos per obscuritatem sed in firmitas causa et certitudo. At contra Ego aliter dico et puto n. quod beati

quia n. q beati non sic certius cognoscunt et assentiunt istis
veritatibus quam nos et ratio est quia causae et motiva illorum sunt
multo fortiora quam nostra illis n. essentia divina unita eorum intel-
lectibus eorum in ratione speciei et insuper habent lumen gloriae quo
elevatus intellectus ad cognoscendas aperte istas veritates. et
istae causae sunt illis multo fortiores quam in nobis sunt causae
quibus credimus propheta certas et lumen fidei non est ita po-
tens et efficax sicut lumen gloriae in illis et propterea certius
assentiunt. Sed in nobis non est hoc propter solum certitu-
dinem ut ait dictum. sed quia causae eorum sunt potentiores ut
dictum est. et ita solutum argumentum.

Q. 5. De habentibus fidem

Ar. 1. Utrum angeli et homo ante peccatum habuerint fidem

-I. Concl. tenendum primo quod angeli ante peccatum habuerint fidem
circa veritates quas nos credimus. 2. Concl. Quantum ad obiec-
tum formale fidei quod est prima veritas habuerint fidem simpli-
citer homo in quantum cognoverunt ista mysteria sicut nos per deum dicta.
3. concl. Quantum ad obiectum materiale fidei scilicet ipsa mysteria
cognita potuit angelus habere evidentiam aliquarum veri-
tatum quas nos per fidem credimus.

Circa 1. concl. notandum quod Durandus in 3. d. 23. q. 3. tenet opposi-
tum scilicet quod angeli ante peccatum nullam habuerint fidem et ratio est quia cog-
noverunt istas veritates evidenter esse dictas et revelatas a
deo ex quo colligebant evidenter illas esse veras et per consequens non
habebant fidem. probatur dictum angelus quia videbant esse veri-
tates supernaturales supra omnem naturalem cognitionem et
ita non potuerunt eas eruere ab aliqua causa naturali videbant eviden-
ter cognoscebant esse revelatas a deo. Caietanus hic conce-
dit Durando quod evidenter sciebant angeli istas veritates
esse revelatas a deo qui non potest fallere neque falli nisi
lumen gloriae. habebant fidem illarum quia non videbant in se
istas veritates per notitiam intuitivam sed cognoscebant
tamen per evidentiam abstractivam quia erant in deo revelatae
et hoc non tollit fidem. At dicendum hic cum nos. S. disputa-

tionis

supra. q. 1. ar. 5. ubi probavimus quod evidentia quaecumque
sive abstractiva sive intuitiva repugnat fidei
Ad 2um. [illegible] dico quod angeli non habebant evidentiam quod deus re-
velaret illis istas veritates sed illi cognoscebant esse revela-
tas adeo quod fidem infusam sicut et nos. 2° dico quod q°. s. th.
est multo probabilior et certior quod tamen omnes angeli habue-
runt fidem in primo suae conditionis. Et deo mihi expresse videtur
dici Ecclesiastici. 17. ubi dicitur quod deus fecit hominem ad imaginem suam
et constituit illum ad se ipsum et cor dedit illis excogitandi et
disciplina intellectus replevit illos et creavit in illis scientiam
spiritus. ubi patet quod infudit illis fidem. (De angelis. [illegible] habetur
Ezechiel. 28. dicitur de primo angelo quod fuit plenus sapientia et per-
fectus decore in deliciis paradisi dei fuisti. licet n. iste locus possit
explicari de sapientia naturali tamen melius multo explicatur
de fide et virtutibus infusis quae tunc [illegible] non dictum tamen laudat
bona naturalia sed supernaturalia. Item quia angeli fuerunt cer-
tissime sicut probatum est. 1. p. q. 62. ar. 3°. et tamen fuerunt
in via ante [illegible] habuerunt fidem ex necessitate quia sine
fidem impossibile est placere deo accedentem n. ad deum oportet etc.

Ar. 2. Utrum in demonibus sit fides infusa

1. Concl. demones non habent fidem laudabilem.
2. Concl. demones habent fidem coactam et quantum solent res credunt.
3. Concl. in solutione ad 2. fides demonum non est infusa sed acquisita
circa [illegible]. Est controversia cum durand. quia loco supra
allegato 3. d. 23. q. 9. tenet quod in demonibus est fides in-
formis quae est donum dei sicut in peccatoribus viatoribus.
Et probat. quod in demonibus est bona voluntas in [illegible]
naturalibus hoc n. non potest ab illis tolli. et tamen ex par-
te intellectus habent synderesim qua iudicant bonum
esse sequendum et malum fugiendum. contra hoc S. th. quia
probat quod non est in illis fides quae [illegible] in illis in voluntate
bonum nullum est supernaturale sed [illegible] confirmat. Item in homi-
nibus damnatis est ista fides informis quae etiam in demo-
nibus quae videtur nota ex perversitate [illegible]
probat ex d. Th. 1. q. 18. ar. 3. ad 2. ubi s. th.

Obiicit quod demones et homines damnati non possunt esse spes
quia spes est de bono possibili. illis autem est impossibile adi-
piscibatium propterea non sperant illud. contrarium iam quia fides
est de bono et de malo sicut enim credimus esse beatitudinem
sic etiam infernum propterea fides non in repugnat illis sicut
cut spes. Item 3o. fides istorum in formis non corrumpitur
nisi per actum oppositum s. per heresim mere infidelitatem sed
multi homines moriuntur et damnantur sine peccato infide-
litatis et postea angeli per superbiam ceciderunt et non per infideli-
tatem quo non est in illis ablata fides. Item ultimo confir-
mat durandus. quia in inferno distinguuntur fideles ab infidelibus
sit quo ista distinctio per ista fide quia non est alia per quam distin-
guuntur

Ad tu. Respondeo quod q. s. th. est verissima et certissima. quod da-
mnati non habent fidem infusam. patet fides infusa est
donum dei concessum viatoribus ad consequutionem felicitatis
ut ait Paulus ad heb. 11. est fides sperandarum substantiarum
est fundamentum spei: isti autem sunt iam in termino in infeli-
cissimo et ipsorumque desperant asequi felicitatem quo omnino
esset otiosum conservare in illis fidem. Item fides infusa
in his non potest aliquid habere proprium actum quo non
habent illum quod est evidens quia habitus conservantur
dantur adeo ad operandum cum ibi nulla possit esse opera-
tio est otiosus habitus. Antecedens. patet quia actus fidei infusae
licet in promptus est ex peculiari auxilio dei moventis
voluntatem ad credendum isti autem damnati non recipiunt
aliquid neque possunt auxilium dei ergo nulla ... neque
possunt habere bonum actum fidei. Item si aliquis viator
inter homines esset maximo animo in dispositus et affectus
quod diceret nolle credere articulis fidei nisi crederet
rationes humanas convincentes intellectum. iste non
teneret fidem quia ... fides est ultima ... quia
volentes credimus absque evidentia rationum at demones
demones nullo studio habent istam dispositionem quod nolent
credere ... illo credere sed convicti.

evidentiam credibilitatis credunt et fide aquisita quam ...
fidem omnino ... habent

Ad 1. argu. dicit. Ex quod licet in illis tentationibus ... sit bonum demonibus sed ... quoniam ... voluntate ... quia ... bene illam ... sed semper procedit ex malicia ... ex odio dei. s. Thomas dicit procedit bonum in illis ... non ... sed ... spontaneum quia illi credunt. 2º dico quod ... actum fidei infusae ... fidei infusae esse ... naturali ... et ... fidei quod ... demonibus ... est.

Ad 2. argu. ex ... s. Th. Ex quod s. Th. in illo loco ... explicat ... non dicit quod sit in illis fides sed solum quod ... illis ... fides ... ab ipso s. Th.
2. ... s. Th. loquitur in illo loco de fide in genere sive infusa sive aquisita ... verum est quod habent fidem aquisitam ... credunt ... videntes evidentiam credibilitatis ... neque aquisitam ... quia ... in illo ... quod videntes evidenter ... felicitate.

Ad 3. Ex quod licet fides in illis non corrumpat ... sed ... non possint ... dictum est. 2. dico quod habent actum oppositum fidei quia illi habent ... credere ... quam credunt fidei ... qui sponte credunt.

Ad 4m. Ex quod ... effet ... in illa est distinctio ... 2º dicit quod distinguntur ... characterem ...

Ar. 3. utrum hereticus discredens uni articulo credat alijs.

I. Concl. hereticus discredens uni articulo fidei continuo amittit fidem infusam ... est infidelis omnino.
2. Con. hereticus credit alios articulos ex proprio cerebro et iudicio ... opinione propria et fide aquisita non ... infusa ...
Circa primam concl. s. Th. ... est contrarius s. Th. est

Durandus in 3. d. 23. q. 9. tenet quod hereticus habet fidem infusam illorum articulorum quos fatetur et sic per partem est fidelis propter aliquos articulos est tamen hereticus propter alios. Et probat argumento 2° s. Th. sic quia ille qui habet scientiam potest errare circa unam conclusionem et tamen potest habere verum habitum scientie circa alias ergo similiter potest esse in fide. maior est notum, et 2a patet quia fides est scientia quedam divina in qua sunt dicti articuli qui debent credi et sic potest esse fides aliquorum et error aliorum. 2° arguit durandus. hereticus quidem credit aliquem articulum alios retinet certe et firmiter quod non habet opinionem illorum sed positive fidem certam et veram. antecedens ipsa experientia constat quia ita firmiter illos tenet sicut antequam fieret hereticus et nihil dubitat de illis. 2a patet quia assensus opinionis est cum formidine et non firmus. 3° ipsa experientia habet ipse hereticus quod credit istos articulos eadem ratione qua antea credebat. sed antea credebat quia veritas prima revelabat, ergo et modo.

Ad hoc respondetur. 99° s. th. est certissima et quod durandus dicit est falsissimum. probatur primo ex definitione ecclesie. c. 1. extra de hereticis ubi dicitur quod dubius in fide est infidelis hereticus tamen non modo dubitat de articulo fidei sed positive illum negat ergo amittit fidem quia infidelis est. Ad hoc respondet durandus quod est infidelis in materia in qua negat [illegible]

e. arti. sed tamen est fidelis propter articulos quos retinet. sed tamen ista est manifeste falsa. 2° quia sensus communis totius ecclesie est quod hereticus est simpliciter infidelis qui deserit fidem quam accepit in baptismo et sic dicitur quod dubius in fide infidelis est qui deserit fidem articulos quam fidem accepit in baptismo et sic perdit habitum baptismi. Item probatur validius argumento. quia propono fidem alicui pagano et infideli. si ille paganus haberet in animo istam dispositionem ex ista fide ego volo credere aliquos articulos qui mihi apparent verisimiles alios tamen qui mihi videntur quasi impossibiles nolo credere. certum est quod cum tali dispositione deus non infunderet illi fidem quia habet contrariam dispositionem ipsi fidei. ergo postquam habuit fidem si propria temeritate et iudicio falso deseruit aliquem articulum fidei, de gratia ablata sibi fides. 2a patet quia tamen donum dei est quod deus conservet illi fidem quam infunderet illi fidem sed deus cum illa dispositione non infunderet ergo neque conservabit. Item probatur ratione s. th. que in materia habitus est demonstrativa. omnis habitus dependet intrinsece ex sua ratione formali qua corrupta tollitur omnino ipse habitus et eius species

sed ratio formalis fidei est ipsa veritas revelata secundum traditionem ecclesiae catholicae. hereticus reijcit istam rationem formalem quia vult non credere ecclesiam esse veracem quia dicit quod ecclesia fallitur proponendo articulum quem ipse non vult credere, sic omnino deserit fundamentum et rationem fidei, siquidem deserit ecclesiam quae est regula infallibilis in proponendis rebus fidei

Ad 1. arg. dicendum quod B. s. Th. quod est omnino dissimile error in fide et in scientia quia in scientia quaelibet conclusio habet suum medium demonstrativum et suum medium per quod probatur et ita potest quis oblivisci unum medium et incurrere errorem circa aliquam conclusionem scientiae et alias scire per proprium medium. sed in fide cum ut dixi articuli fidei dependent ex unico medio et solo quo omnes conclusiones fidei innituntur quod fundamentum est divina revelatio quae nobis constat per ecclesiae traditionem et praedicationem infallibilem regulam unde si tunc quod hereticus reijcit istam infallibilem regulam reijcit ipsum fundamentum et primam veritatem et sic evertit fidem ab ipso suo fundamento. Ex hoc infertur quod si aliquis etiam in scientia suprema negaret primum medium et fundamentum quo innituntur omnes conclusiones illius scientiae continuo perderet habitum scientiae et non posset cognoscere evidenter aliquam illius scientiae conclusionem v.g. in scientia de homine primum medium est quod homo est rationalis per quod sunt omnes aliae conclusiones probantur unde qui illud primum omnino fundamentum deserit perdit scientiam sic etiam est in fide.

Ad 2. dicendum quod assensus quem habet hereticus circa illos articulos quos retinet potest dupliciter considerari uno modo ex parte medii et ex parte principii quo nititur et ex hac parte dicit s. Th. quod medium quo ille assensus est dubius et fundatus solo suo iudicio et temeritate. Potest est proprium ipsius heretici iudicium et temeritas. quantum pendet ex pertinacia istius. alio modo ex alia parte considerari potest quatenus pendet ex pertinacia voluntatis et ex hac parte potest esse firmus quia nihil non incertum ut diximus et non est quod per pertinaciam potest ille firmiter adhaerere et multo magis potest adhaerere veris articulis fidei.

2. dicit quod non est facienda multa vis in dubiis s. Th. quando dicit quod credit hereticus per proprium modum opinionem quia accipit opinionem large ut complectitur etiam fidem acquisitam quaedam enim non est fides deinde infusa appellatur Sicas. 7. opinio. sicque quod hereticus credit per fidem acquisitam quae habet assensum firmum articuli et sic hereticus potest certe firmiter per illam credere. Quod dico

3.º dico quod hereticus postquam discredidit unum art.um non credit firmiter et certo sed potius infirmiter multa et incerte. et hoc experientia ipsa monstrant quod ex uno errore facillime in alios multos errores proruunt ut videmus in dies. Et hoc est quod dicitur Esaiae 57. abscondi faciem meam a te et abiit vagus in errore cordis sui loquitur. deus quibus lucem abstulit ... similiter etiam dixit ... cap. 4. ... profitentur et vagi et iteren

Ad 3. dicendum quod ex perientia heretici aperte ... mentiunt plane certissime dicentes se credere quod deus dicit. et ratio est quod si illi crederent quod deus dicit ... crederent quare ratione credunt ... retinerent unum articulum retinerent alios et quia ratione ... deserit et reijicit ... quod ... et sic ... propterea ... hic et sic patet quod ex proprio ... cerebro retinent aliquos articulos et reijciunt alios

Tandem dico quod heretici credunt aliquos articulos ... fide a qua ... similiter infideles credunt ... sectis ... credit ... quod ... et quod ... dicit et ... rationes summas.

Ar. 4. utrum fides sit in uno maior quam in alio

1. Concl. si loquamur de fide Christi ... formaliter ... quod deus ... esse ... est in omnibus. 2. Con. si loquamur de fide Christi ... credibiles non est equalis in omnibus. 3. con. si loquamur de fide ex parte subiecti ... nostris intellectibus ... est in quibusdam ... in alijs.

Duae p.ae concl. certissime sunt et ... ut ... distinguit. Circa 3. concl. oportet notare quod illa est tenenda ... fidem. patet ex illo luc. 7. ... videt fidem centurionis ... dixit amen dico vobis non inveni tantam fidem in israel ... ante ... alij habentes fide. et luc. 17. dicunt discipuli ... domine adauge nobis fide et sic ex parte nostra ... et ... oportet esse equalem in nobis et ... dice fides ... mulier magna est fides tua.

Q. 6. De causa fidei.

Ar. 1. utrum fides sit nobis infusa a deo

Supponit 2.º quod de fide ... loqui ... ex parte

proponentis, alio modo ex parte credentis. 1. concl. fides quantum ad propositionem et explicationem est a deo. 2. concl. si loquamur de fide quantum ad assensum interiorem per quem fideles assentiunt veritatibus fidei ille assensus est a deo. Et ex ista q. s. th. reijcit opinionem pelagij. Et ex eadem [illegible] alium errorem in hac materia.

In hoc art.o oportet notare quod prima concl. est de fide. illam probat Paul. 1. corinth. 2. sapientiam loquimur inter perfectos sapientiam autem non huius seculi neque principum huius seculi qui destruuntur sed loquimur dei sapientiam quam nemo principum [illegible] ubi manifeste probat quod nemo potuit naturaliter cognoscere [illegible] fidei. Item eodem loco adducit paulus testimonium Esaie c. 64. in confirmationem huius. quia oculus non vidit et loquitur ad literam de misterio incarnationis. Et idem probat Paul. Rom. 10. quomodo credent ei quem non audierunt quomodo audient quem non audierunt ergo fides ex auditu auditus autem per verbum &c. Ergo fides explicata est quod fides [illegible] propositione est a deo.

Item 2. concl. s. th. est de fide quod non possit noster intellectus assentire istis veritatibus fidei firmiter nisi deus auxiliaretur nobis. probatur ad ephes. 2. credidistis et hoc non ex vobis donum enim dei est. ne quis glorietur. Et 1. corinth. 12. ait Paul. nemo potest dicere dominus iesus nisi in sp. s. 1. nemo potest corde credere et ore confiteri &c. deum et hominem nisi in sp. s. Et est definitio istius contra pelagium in concil. mileuitano c. 4. ubi dicitur quod utrumque est donum dei et scire quid facere debeamus et diligere ut faciamus. De subiecto nos multa diximus. s. q. 1. ar. 1.

Et sit 1.m dub. supposito quod actus fidei est voluntarius et debet in nobis procedere bonum voluntatis affectio. Dubitatur utrum ista pia et bona voluntatis affectio sit ex nobis an vero sit ex dono dei.

Sc. certissime tenendum est quod non solum assensus ~~voluntatis~~ fidei sed etiam bona voluntas per quam volumus et cupimus credere non est ex nobis sed est donum dei et indigemus auxilio dei speciali ad illam habendam. istam concl. probat optime August. lib. de praedesti. sanctorum c. 5. et adducit illud 1. corint. 4. quid habes quod non accepisti si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis. certe si homo ex se posset habere bonam voluntatem et piam ad credendum multum posset gloriari in negotio fidei. paulus tamen totis his docet non esse nobis. Item august. lib. ad [illegible] c. 6. probat idem ex illo ad Rom. 11. si autem gratia iam non ex operibus alioquin gratia iam non est gratia quod si haberemus a nobis primam affectionem ad credendum quod est primum principium ad credendum iam non esset dei gratia praeveniens.

Et praeterea si hoc esset verum tunc esset verum opinio Pelagii quod ini-
tium fidei esset a nobis quia initium fidei est pia affectio volunta-
tis. Item c. 20. eiusdem lib. adducit August. illud Ps. 118. inclina cor
meum Deus in testimonia tua. ubi petit sanctissimus bonam volun-
tatem et affectionem ad credendum veritates fidei et rursus illud Eze-
chielis 36. dabo vobis cor novum et spiritum novum ponam in
medio vestri et auferam a vobis cor lapideum. est ergo maxima
Dei misericordia quod auferat cor lapideum et det cor novum ut pro-
pensum sit inclinatum ad credendum. Tandem est definitio Sedis Apos-
tolicae in epistol. Celestini pp. c. 8. et 9. et definita est
pulcherrima definitio contra Pelag. in concil. Arausicano c. 5.
ubi dicit quod est contra praefatam doctrinam apostoli si aliquis dixe-
rit quod ipse credulitatis affectus est ex nobis et non ex Dei dono.
Est dub. utrum si accipimus fidem non pro assensu ut diximus neque pro
pia voluntatis affectione sed accipimus pro habitu qui est qua-
litas a Deo infusa utrum sit certum quod infundatur a Deo iste habitus fidei.
Dico breviter quod olim erat solum opinio inter fideles de istis habitibus
infusis utrum essent ponendi vel non et neutra pars constabat. patet hoc
ex c. maiores de baptis. et eius effectu. ubi Innocentius 3. refert
utramque opinionem et nihil determinat esse tenendum sed utramque
relinquit pro probabili opinione. Postea tamen est decisum fin. ult. [?]
quod est opinio magis probabilis et magis conforme mysteriis quod sint
isti habitus infusi praeter quos producimus actus supernaturales. Hoc
patet ex Clementina 1. de summa Trinit. et fide cathol. ubi Cle-
mens 5. in concilio Viennensi definit quod est opinio probabi-
lior et dictis sanctorum et doctrinae theologorum consentanea quod ante eiusmodi
habitus infusi a Deo. Sed in resp. ad hanc Clementinam erit utrumque
in opinione. Attamen postea Ecclesia habet definitum quod sunt habitus
infusi fidei spei et charitatis et credo quod esset error dubitare
modo de hac re. Patet ex concil. Tridentino sess. 6 de iustifi-
catione c. 7. ubi loquens de causis nostrae iustificationis et agens
de causa formali nostrae iustificationis ait. demum unica causa formalis
est nostrae iustificationis iustitia Dei non qua ipse iustus est sed
qua nos iustos facit qua videlicet ab eo. Et aperte hoc definit
eadem sess. 6. canone 11. ubi dicit quod si quis dixerit homines iusti-
ficari vel sola iustificatione et imputatione iustitiae Christi aut
sola remissione peccatorum non [exclusa] gratia quae inhaeret nobis ana-
thema sit. ubi expresse definit quod iustitia est in nobis per gratiam

inhaerentem.

Et merito ista de Spiritu Sancto testimonia [illegible] certe sacre scripture non
possunt commode explicari de [illegible] istis habitibus infusis. Joan.
14. legimus si quis diligit me diliget a patre meo et ego diligam eum
et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. ista mansio
significat donum inherens habitualiter per quod Spiritus Sanctus manet in nobis. et
ad Rom. 5. charitas dei diffusa est in cordibus nostris. diffusio charitatis in corde nostro non recte intelligitur sine Spiritu Sancto. per se vero autem in nobis
per habitum nobis inherentem et [illegible] [illegible] concil. Tridentinum s.
alleg. et Rom. 8. [illegible] in vobis [illegible] per Spiritum Sanctum inhabitantem
in vobis non possumus [illegible] intelligere quomodo Spiritus Sanctus inhabitet in fidelibus nisi in fidelibus in [illegible] donum fidei et charitatis et spei. et
ad Galatas 3. quotquot in Christo baptizati estis Christum induistis certe in
dumentum [illegible] aliud est [illegible] quo animam induit justi. et ad
Tit. 3. per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus Sancti. quem effudit
in nos abunde per Jesum Christum. ista diffusio Spiritus Sancti vix potest intelligi nisi
per istos habitus infusos.

Ar. 2. utrum fides informis sit donum immediatum a deo

concl. est affirmativa. Ista concl. s. [illegible] habenda [illegible] fide
patet ex illo 1. Corint. 13. si habuero omnem fidem ita ut montes transferam charitatem autem [illegible] omnem fidem appellat fidem [illegible] [illegible]
fidei et [illegible] posse esse sine charitate licet sit a deo [illegible] ut
montes transferat ex quo patet esse donum dei qui hoc non potest
fieri viribus naturalibus. et c. 12. dicit nemo potest dicere dominus
Jesus nisi in Spiritu Sancto. i. non potest credere Christum deum et hominem nisi
in Spiritu Sancto. et [illegible] constat experientia quod fideles peccatores vere credunt
Christum deum et hominem esse ore confitentur et sic habent hoc donum Spiritus Sancti li
cet non habeant charitatem. Ite. 2. Corint. 3. non sumus cogitare
sufficientes aliquid a nobis quasi ex nobis sed sufficientia nostra ex
deo est. fideles tamen peccatores cogitant res supernaturales et
credunt illas ergo hoc ex deo est et ex dono supernaturali. et Rom.
8. paulus numerat tamquam distincta dona fidem et charitatem et
utrumque donum tribuit deo quos predestinavit hos et vocavit
ecce donum fidei per fidem n. vocamur a deo. quos vocavit hos et
justificavit ecce donum [illegible] per quod justificamur omnia autem
ex deo sunt. Est de fide in [illegible] [illegible] [illegible] sess.
6. de justificatione canone 28. [illegible] quod amissa chari
tate per mortale peccatum [illegible] fides [illegible] est vera
et [illegible] fides que sufficit [illegible] [illegible]
[illegible] utrum ista fides habitualis sit vel [illegible]

Vide Magistrum Soto. lib. 2. de na. et gra. c. 8.

utrum sit lumen adeo impressum per quod certiores istas veritates supernaturales vel potius sit habitus intellectus quo inclinamur ad assentiendum illis vel potius sit utrumque simul.

Ex 2º quod deus quando nobis infundit fidem semper infundit lumen spirituale et intellectuale per quod videmus istas veritates divinas et caligine et enigmate videmus si certius fidei caliginosae sunt veri videmus ante illas lucere evidenter quod sunt credibiles. Probatur hoc ex s. Th. 2. 2. q. 1. ar. 4. ad 2. et 3. Et praeterea probatur ex usu loquendi de fide huius solemus dicere quod deus illuminat nostros intellectus ad videndas istas veritates fidei. Item omnis manifestatio fit mediante aliquo lumine sicut videmus in natura quod in exteriore visione est lumen ad videndum in interiori visione est lumen intellectus ad videndas veritates naturales et ita dicit Paul. Ephes. 5. omne quod manifestatur lumen est 2. i. lumine aliquo manifestatur. cum ergo deus manifestet nobis istas veritates supernaturales quae obscurae sunt infundit nobis lumen ut illas cognoscamus. Item passim sacrae scripturae nos docent quod semper quod deus dat nobis fidem tribuit lumen. i. dicit Paul. 2. corinth. 4º ait deus qui dixit de tenebris lumen splendescere ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiae claritatis in facie Jesu Christi. i. ad cognoscendam incarnationem et colossens. 1. ait gratias agentes deo qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine qui eripuit nos de potestate tenebrarum .i. erroris per lumen fidei. et 1. petri 2º: qui vos vocavit de tenebris in admirabile lumen suum et Jo. 12. ambulate dum lucem habetis ut non vos tenebrae comprehendant et dum lucem habetis credite in lucem ut filii lucis sitis. denique hoc docet tota scriptura.

2º. dico quod simul cum isto lumine intellectuali in quo certiores istas veritates invisibiles infundit habitum intellectualem per quem inclinamur ad assentiendum firmiter et certissime istis veritatibus probatur in omnibus naturalibus disciplinis praeter lumen intellectuale est etiam habitus judicativus ad assentiendum propositionibus sicut patet in scientia sapientia intellectu et prudentia quae sunt simul cum lumine intellectuali. et similiter in divinis oportet praeter ipsam lucem ponere habitum judicativum ad assentiendum veritatibus fidei. Item probatur ex sententia omnium theologorum sunt tres virtutes intellectuales fides spes charitas charitas et spes sunt habitus ergo etiam fides.

3º dico quod fides licet includat utrumque .s. lumen et habitum dicitur

scilicet proprie accipitur pro habitu intellectuali et ita communiter appellamus fidem esse habitum intellectualem quem Divus Thomas intellegat ad assentiendum. Secundo ad advertendum quod aliqui theologi ... dicunt quod similiter fundit Deus spes ... veritates supernaturales ... multi dubitant ... et hoc est falsum ...

q. 7. De effectibus fidei

Ar. 1. utrum timor sit effectus fidei

1. Concl. fides causat in nobis timorem servilem quo timemus gehennam. 2. Concl. fides causat in nobis etiam timorem filialem quo timemus separari a deo per peccatum mortale. 3. concl. ista fides causat in nobis timorem reverentiae erga deum. 4. concl. fides informis causat timorem servilem de quo in 1° q°. scilicet fides formata est causa aliorum timorum scilicet filialis et reverentiae

Est hic notandum ex Arist. 3. lib. de anima tx. 154. dicit quod hoc distinguit opinio ab imaginatione quod quando aliquis opinatur et indicat aliquod malum unde sibi imminere timet valde et tremit ... illud malum ... et ideo ... timor ... videre illud malum ... iudicium quo iudicamus illud malum imminere nobis ... et ita debet intelligi S. Th. ubi dicit quod apprehensio mali est causa timoris ... apprehensione ... simul cum iudicio. Ex ista sententia Arist. licet ... advertere ... fides ... peccatoribus ... in ... illud ... aliqui ... lucerint dicere quod sunt multi peccatores in quibus ... peccatum mortale

qui peccatum mortale amiserunt veram fidem et aliqui qui non credunt quod sit gehenna debita supplicia certe ... timerent certe et horrerent et fugerent si quidem sic esset ex opinione multorum fracta fides. Attamen ipsamet fides docet peccatores non timere qui sunt ut sunt maxime peccatores nihilominus habent veram fidem sicut diximus q. 4. praecedenti ar. 2. Tunc respondendum quod sit in causa quod cum habeant fidem non timent gehennam. Dico ad hoc quod duplex causa est. 1º quia non considerant neque judicant hic et cum non habeant actualem judicium hinc propterea ex consideratione quod timor oritur ex consideratione actuali. 2. non timent quia propter praesumptionem applicant sibi longam vitam et sibi applicant multum de misericordia dei praesumentes et si accedunt aliqui resipiscent propterea modo non timent. 3. tertia et potior causa est quia ex longissima peccatorum consuetudine efficiuntur insensati ac veluti hebetes maxime circa omnes res spirituales. Sapien. 5. dicunt illi insensati vitam illorum appellant se insensatos quia non resipuerunt in vita ac sensibus et intellectu crederent et ps. 48. homo cum in honore esset non intellexit comparatus est jumentis insipientibus et similis factus est illis. ecce sic videntur nihil timent. adiscimus de dubiis ... habit ... peccata nihil ... qui non ... de peccatis c. 31. ait sicut juvenibus in domino ... ostendi ... poenitentia.

Ar. 2. utrum purificatio cordis sit effectus fidei

1. Concl. absolute loquendo fides purificat corda hominum.
2. Concl. fides informis non quidem purificat cor fides autem formata perfecte et plene purificat cor hominis.

Q. 8. De dono intellectus. Et q. 9.

Ar. 1. utrum intellectus sit donum S.S.

q. est affirmativa. Circa istas duas quaestiones notandum quod de istis donis disputat magister in 3. d. 34. et 35. et ibi omnes disputant de ipsa materia donorum. Sunt autem 7. dona quae nobis dat Christus Isaias c. 11. egredietur virga de radice Jesse et flos de radice ejus ascendet et requiescet super eum spiritus domini spiritus sapientiae et intellectus spiritus consilii et fortitudinis

oportet notare quod ista dona competunt a scriptura et sanctis ut
anime iustorum sint bene mobiles circa operationes expedientes
ad salutem spiritualem, ita ait Paul. Rom. 8. quicumque spiritu dei
aguntur ij sunt filij dei .i. qui gubernantur reguntur et diriguntur in
operibus spiritualibus hi sunt filij dei. Numerus tot et sufficientie
tium donorum et eorum sitium non debet accipi. Pro quo sumitur disti
ctio intellectus in speculativum et practicum, speculativus intellectus est qui
versatur circa res naturales cognoscendas, practicus vero est qui circa
res agendas versatur. non distinguitur intellectus in duas potentias altera
practica altera speculativa, sed tamen isti duo dictus sunt unius
cum una sit potentia. Tertio iste intellectus sive speculativus sive pra
cticus debet percipere et apprehendere res quas considerat, deinde
debet iudicare de rebus sive pertineant ad speculationem sive praxi.
Ut intellectus noster speculativus in his que pertinent ad salutem effi
caciter apprehendat res in intime penetret omnes res que pertinent
ad salutem competit intellectus donum ita legimus Jo. 6. omnis
qui audit a patre et didicit venit ad me. quia .n. pater docet et tri
buit illi ista dona quo penetret veritates divinas ille venit ad X.
et luc. 24. tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas
dedit illis donum intellectus ut penetrarent scripturas, in quibus patet
ad salutem. Sed ex parte intellectus practici ... ille recte iudicet
et deliberet de rebus pertinentibus ad salutem competit donum consilij sed
ad iudicium speculativum rerum supernaturalium pertinentium ad salutem
competit donum sapientie quod sancti et iusti contemplantur et in
tuentur altissimam causam et per ipsam sapientiam firmissime et optime iudi
cant de omnibus rebus inferioribus sed ... sapientie dicitur ex
parte ultimum his sapore quendam et dulcedinem invisibilem ab
... et propterea appellatur sapientia quasi sapida scientia. scienti
... quia sapit et dulcescit in affectu. Sed ut ipse intellectus iudicet de
istis rebus inferioribus et naturalibus ... sint nobis deservire
ad fidem et ipsam confirmandam et defendendam competit donum scientie.
de quibus donis et virtutibus agit Aug. lib. 14. de trinitate c. 1. ubi describit
officium doni sapientie et scientie.

q. 10. De infidelitate

Ar. 1. Utrum infidelitas sit peccatum mortale

1. Concl. infidelitas illorum qui audierunt evangelium et noluerunt obedire est mortale peccatum. 2. Concl. infidelitas negativa eorum qui nihil audierunt de fide non est peccatum mortale sed est pena peccati originis. 3. Concl. isti qui habent infidelitatem negativam condemnabuntur propter peccata actualia quae admiserunt contra legem naturae quia ista peccata non remittuntur eis sine fide non tamen condemnabuntur propter peccatum infidelitatis.

Circa 1. concl. s. th. Caieta. hic bene notat quod iustissime deus exigit a creatura rationali ista praecepta supernaturalia et iuste damnat illos qui non implent ista praecepta ... ad quamlibet naturam rei cuiuslibet sequuntur praecepta conformia illi naturae ... habet homo naturam sensitivam cum ceteris animalibus. ad istam naturam sequuntur conformia praecepta s. ut conservet vitam et sumat cibum et multiplicet suam speciem per generationem. ... homo praeter ceteris habet rationalem naturam ad istam naturam sequuntur conformia praecepta s. praecepta decalogi ut ... recte et honeste vivat secundum naturam. habet praeceptum diligendi deum super omnia auctorem naturae et sperandi in illo. tertio habet homo istam maximam dignitatem quod est factus ad magnam et similitudinem dei per ipsius gratiam et consortem participem divinae naturae ad istam naturam spiritualem consequuntur praecepta supernaturalia de fide spe et charitate et iustissime deus damnat illum qui non servat ista praecepta sicut eum qui non servant praecepta alia quae sequuntur ad naturam sensitivam et rationalem.

Circa 2. concl. ... est quod ... de veritate istius ... probat quod ... falsa ... quod isti infideles peccent novo peccato quia non credunt licet nihil audierint fidem et hoc tenent contra s. th. authores gravissimi Adria. quodlibet. 4. q. 1. dicit quod illa quae tenetur homo scire et cognoscere sunt in duplici differentia quaedam sunt necessaria simpliciter ad salutem et sine ... divisione ut sunt articuli fidei et praecepta decalogi alia vero sunt quae tenentur homines scire non omnes sed aliquae certae personae propter ... conditionem et proprium statum v. g. negotiatores tenentur in negotio suo scire ... utrum

nota quod ista praecepta supernaturalia non oriuntur ex hoc quod homo factus sit particeps divinae naturae ad ... gratiam et amicitiam dei quam habet ... sicut infideles qui non habent gratiam non tenerentur istis praeceptis quod dicit est falsum sed oriuntur ex ordine ad ... beatitudine ex hoc s. quod homo ordinatus est a deo in beatitudine supernaturale et ut fiat particeps divinae naturae tenetur istis praeceptis supernaturalibus et hoc bene notat Caieta. infine quaestionis.

tenentur scire utrum contractus quos exercent sint liciti quod
tamen alij non tenentur scire. Hoc est oppositum. Ad evidentiam ponitur 1.
concl. 1. quod res sunt eiusmodi quas homo non tenentur omnes scire univer-
saliter sed quaelibet persona secundum statum et conditionem. Satis est
ad salutem quod homo moraliter adhibeat diligentiam quae solet adhiberi
humano more ab homine pio et prudente et si errent [?]
ite. hinc factum ista diligentia ignorantia est invincibilis. Ex-
cusatur homo a peccato. v. g. negotiator in contractibus suis si
consulat viros doctos et operetur secundum illorum sententiam licet
ipsi errent in illo invincibiliter ignorant et nihil peccat.
2. concl. ad evidentiam est. Ut ignorantia illius rei quam omnes tenentur (x sit invincibilis.)
universaliter scire non est satis adhibere istam humanam diligentiam
sed oportet adhibere multo maiorem debet enim aut ipse se disponere
ad gratiam per poenitentiam peccatorum observando praecepta natu-
ralia et si ipse adhibuerit istam diligentiam tunc deus illum illuminabit
illum circa fidem et praecepta necessaria ad salutem. quod deus non po-
test deesse creaturis in rebus necessarijs ad salutem sicut natura
non potest in necessarijs deesse. Ex quo infertur quod omnes infi-
deles qui hactenus sunt barbari et in orbis remoti vincibiliter
et culpabiliter ignorant quia si illi ipsi opposuissent necessariam
illam diligentiam deus illuminaret illos seu si non illuminaret sua culpa
est et propterea peccant. Ista sententia fuit olim cele-
bris et tenet illam alensis et ordo suus lib. 3. summae tract. 3.
c. 2. et Hugo de s. vict. lib. 1. de sacram. p. 7. c. 23. et Gerson
4. lectione de vita spirituali animae et alexan. alensis 2. p.
q. 129. membro. 8. et hos auctores antiquos sequitur Gabriel
in 2. se. d. 22. q. 2. dub. 1. immo s. th. videtur esse huius
opinionis in quodlib. 3. ar. 10. ubi ait quod possimus sequi sine
periculo conscientiae quascumque sententias magistrorum
si sint homines docti et pij. Excipit si quae pertinerent
ad salutem circa fidem et bonos mores in quibus non est excusa-
tus qui sequitur opinionem erroneam alicuius magistri. et
probat quia tamen excusarentur illi qui sequuntur sententiam arrii
et aliorum haereticorum tenentes contra fidem. ecce est ex parte fidei et mores in
quibus [illegible]

Probant hanc sententiam hac ratione. ignorantia quidem infideli[bus] propter peccata non excusat a poena, quia deus in poenam peccatorum propter quibus illam poenam accipit. secunda ignorantia fugit istis in poenam ignorantiae pro peccatis quae commiserunt contra legem naturae: quod patet Rom. 1. propter quod tradidit illos deus in reprobum sensum. 1. propter peccata quae commiserint contra legem naturae permisit illos esse caecos et ignorantes. Item Ezechiel 14. dicit deus quod si aliquis homo neque interroget illum propheta [illegible] ait ego dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum. et ibidem propheta cum erraverit ego dominus decepi prophetam illum, ubi in poenam peccatorum deus dat istam ignorantiam. 2. praeterea facit illud Paul. 2. thessal. c. 2. eo quod charitatem veritatis non receperunt ut salvi fierent, immittet illis deus operationem erroris ut credant mendacio et judicentur omnes qui [illegible] quia tamen [illegible] ignorantia illos [non] excusat.

His tamen non obstantibus q. S. Th. quod si infideles qui non audierint evangelium non peccant peccato infidelitatis conversionem et puto quod oppositum non potest sine periculo asseri. Probatur ex testimonio expresso Joan. 15. si non venissem et locutus eis non fuissent peccatum non haberent. certum quod loquitur de peccato infidelitatis. nunc autem excusationem non habent de peccato suo (quia illi quibus [illegible] loquitur propter dictam [illegible] habent peccatum infidelitatis. 2. ad Rom. 10. quomodo credent ei quem non audierunt quomodo audient sine praedicante? ecce excusat Paul. illos qui nihil audierint de evangelio a peccato infidelitatis. et postea volens ostendere quo pacto Judaei sint inexcusabiles subdit, sed dico numquid non audierunt? (testes expressa sententia Augustini [illegible] super novi testamenti q. 67. et super Joan. tract. 89.) Item patet ratione. isti non tenent servare praecepta naturalia hoc modo ut deus illuminet illos de fide sed ut servent dictamen rationis quod docet malum fugiendum et bonum amplectendum et ideo si non servent praecepta naturalia peccant quidem contra legem naturalem non tamen contra fidem quam ignorant. 2.

Circa 2. concl. S. Th. Notandum quod S. Th. accipit illam ex d. Augustini epistola 50. ad Bonifacium comitem. et habetur etiam in epistola 2. 3. 4. 4. c. non invenitur. Et ista q. verificatur in isto casu quando in aliqua provincia subiecta principi christiano vivunt mixtim fideles cum infidelibus sicut olim erat in multis provinciis hinc quando infideles blasphemant fidem nostram et impediunt a tenere fideles a nostra religione tunc princeps christianus iustissime et sanctissime edit leges ad puniendum eiusmodi iniquos. probatur exemplo Daniel. 3. ubi postquam Nabuchodonosor vidit illud maximum miraculum trium puerorum hinc tulit legem publicam in suo regno quod quicunque blasphemaret deum illorum trium puerorum capitali sententia puniretur. ait Augustinus. si hoc potuit facere ex lege princeps infidelis multo magis potuit princeps fidelis.

In 3. q. S. Th. est dub. utrum haeretici deserentes fidem quam semel susceperunt debeant compelli sententiis mortis et ultimo supplicio ut accipiant fidem. Ad hoc dub. haeretici negant per illas quae habent in lege potestatis. unde in concilio Constantiensi sess. 14. est error 14. qui sic ait. doctores et theologi asserentes quod haeretici nolentes credere esse plectendos ultimo supplicio sequuntur fortius et pontifices qui ter dediderunt domini pontifici Pilato qui noluit illis tradere. Et Lutherus apud Cochlaeum art. 33. dicit quod inique est.

Vales al[...] encello

Atque dico quod est error manifeste negare quod eiusmodi haeretici postquam facti sunt incorrigibiles debeant tradi brachio seculari ut puniantur ultimo supplicio. patet 2. c. ad abolendam et c. de haereticis ubi definitur eiusmodi haereticos traddantur brachio seculari ut comburantur et patet 1. ex consuetudine ecclesiae in concilio n. Constantiensi exusti sunt Joannes Hus et Hieronymus a Praga. Et Leo 10. in bulla art. 33. condemnavit hunc errorem Lutheri. 1. patet manifeste ex sacris literis. Et Matth. 7. appellat haereticos lupos et in nullus pastor est adeo stolidus qui non arceat lupos

 369

a suo grege et cum illos mittere si credendo ne sui grex pereant. P. 2. timo.
2. ait Paulus quod sermo istorum hereticorum sicut cancer serpit quod imme-
dicabile vulnus ferro curandum est et sicut ibi dicit beatus Hieronymus
putridae carnes abscindendae sunt ne totum corpus inficiant. P.
actuum. 5. S. Petrus occidit Ananiam et Saphiram quia fraudaverunt
de precio agri quod multo magis heretici sunt tradendi morti qui frau-
dant fidem et mentiuntur contra veram nostram religionem. P. Rom. 13. ait
Paulus de principe seculari non enim sine causa gladium portat
vindex est enim dei in iram [illegible] malefactorum. Si expectat
ad munus magistratus occidere fures qui perturbant pacem reipublice
temporalis multo magis erit eius munus occidere istos hereticos qui
perturbant pacem reipublice spiritualis. Si n. minus delictum pu-
nitur pena capitis multo magis maius delictum. Si in incipientes
hereses non reprimamus continuo serpit et totum conturbat
orbem. Alio posset quis contra hoc dicere quod ista pena mortis
non decet mansuetudinem ecclesie et christianam pietatem. Sed.
ni. Ex epistolis Augustini patet ecclesiam olim tentavit adversus hereticos omnia
alia remedia leniora. Tempore n. Theodosii cautum est lege
publica quod heretici mulctarentur pena 10. librarum auri. Postea
tempore Constantini imperatoris sunt heretici exilio relegati ut
patet in prephatione concilii niceni. Postea est excommunicatione adhi-
bita adversus illos et separati sunt a consortio fidelium. Et postquam
omni remedio tentavit et nihil ei cum illis profecit sed facti sunt
incorrigibiles propterea tradidit illos brachio seculari ultimo
supplicio puniendos. Hoc argumentum de pena mortis hereticorum latissime
disputat August. epistol. 48. ad Vincentium donatistam et epistol.
50. ad Bonifacium comitem unde S. Th. colligit. [illegible]
Augustinus primo fuit huius sententiae quod heretici non deberent puniri
pena capitis postea et multis exemplis adductus est mutare
sententiam ut crederet esse necessarium illos ultimo supplicio
puniri. Videndus est idem August. libro 3. contra epistol.
Parmeniani c. 1. et 2. et lib. 2. contra literas Petiliani
c. 19. et 20. ubi hoc multis confirmat et gentium exemplo
multa egregie dicta colligit. 23. q. 4. [illegible] multa capita.
Est alia dub. circa istum 3. art. 2. Utrum filii [illegible] omnes
qui sunt baptizati infantes antequam intelligerent sacramentum
quod susceperunt. Si postquam adoleverint et noluerint retinere
fidem quam in baptismo susceperunt sint ne compellendi
ab ecclesia ut retineant fidem. Et videtur quod non debeant

quod non debeant compelli. patet quia credere est actus maxime liber et voluntarius. isti tamen qui fuerunt baptizati non habebant libertatem arbitrii. videtur quod postquam pervenerint ad aetatem adultam sint relinquendi ut eligant quod velint. Ad hoc dub. Erasmus in quadam visione novi testamenti dicit quod si placeret principibus ecclesiae videtur sibi quod esset optimum ecclesiae ut eiusmodi pueris diceretur optio vel retinendi fidem vel abiciendi et ipse dicit quod hoc pacto licet ecclesia sic non haberet tot christianos numerosos tamen haberet magis voluntarios christianos et meliores. Attamen haec ipsa sententia est erronea et contra sententiam veritatis quae est quod isti sint compellendi ut retineant fidem quam los padrinos pro ipso puero professi sunt et quam ipsi pueri per illos susceperunt. patet primo extra. c. maiores de baptismo et eius effectu. Unde definit Innocentius 3. quod postquam aliquis recepit sacramentum baptismi quomodocumque illud receperit etiam si ex parte coactus compulsus sit baptizari. et ideo est ne fiat iniuria deo et eius sacramento. Idem definitum in concilio toletano. 4. canone. 55. et idem pulchre et sanctissime est definitum concilio toletano 8. canone. 7.

2. ratione probatur. Iure naturali filii tenentur ad pacta et vota quae parentes pro illis fecerunt in utilitatem ipsorum quae ut ipsi meliorem agunt parentes negotium ipsorum eo tempore quo illi non sunt capaces ut tamen nisi [illegible] utilis aut commodis istis pueris quae nostrae religionis [illegible] et patres tenebantur pro illo tempore facere pro illis eiusmodi [illegible] unde ipsi pueri tenentur ratione pactorum. 3. quia si relinqueretur in eorum arbitrium esset manifestissimum [illegible] quia illis daretur quia pro illo tempore non possunt isti satis intelligere utilitatem maximam nostrae religionis et sic multi illam desererent et detrimentum esset [illegible] evangelium [illegible] pueris et sic ipsum [illegible]. Unde [illegible] habet locum quod. 6. gregorius felix necessitas quae ad meliora compellit. et hoc [illegible] istum modum intelligit s. August. lib. de verbis domini serm. 33. illud quod legimus luc. 14. dixit pater familias servo exi in vicos et plateas et compelle eos intrare ut impleatur domus mea ait d. August. quod ista compulsio debet intelligi quod ecclesia per censuras ecclesiasticas compellit illos qui susceperunt fidem ut retineant illam [illegible] illi tamen qui sua sponte venerunt sunt gentiles qui non susceperunt fidem.

2. est tamen dub. Utrum similiter debeant compelli filii haereticorum ut retineant fidem quam professi sunt habitu si parentes essent in nostra religione et non fuissent facti haeretici. Ad hoc

Ad 2. c. Palude 4° d. 4. q. 4. videtur expresse dicere quod ecclesia habet potestatem compellendi filios hereticorum ad baptismum si recipierint parvuli sine adulti. Et videtur hoc probare quia si patres non fuissent facti heretici ecclesia haberet jus erga filios ut baptizaret illos invitis parentibus, quod videtur quod similiter modo habent [illegible] quod parentes facti sint heretici non id impedit.

Dico tamen quod si filii sint parvuli et contineant sub patria potestate nullum dubium est quin ecclesia habeat potestatem eripiendi illos a parentibus invitis et illos baptizare. Patet quia potest baptizare filios christianorum invitis parentibus et quamvis parentes nolentes quare pariter potest baptizare filio hereticorum ipsis invitis. Patet quia per hoc quod parentes sint heretici illorum non amittit ecclesia suam potestatem.

Attamen quando filii sunt adulti et liberi arbitrio ecclesia non habet potestatem baptizandi illos contra propriam voluntatem. Patet quia fides debet esse maxime libera et voluntaria si filii sunt sui compotes quod maximum sacrilegium si invitos baptizaret. Probo quia si illud verum esset certe posset eodem modo baptizare omnes turcas et sarracenos qui prope nos sunt. Patet sequela quia certissimum est ista dicere origine a parentibus christianis qui peccata disiuncti sunt ab ecclesia. Probo si aliquis infidelis qui habet filium adultum vellet conducere ad nostram fidem filius tamen eius non vult certum est quod licet ecclesia habeat potestatem supra parentem tamen non habet potestatem supra filium quod similiter in nostro casu. Quod dico de filiis hereticorum crediderim etiam de filio alicuius christiani qui in ecclesia non fuerit baptizatus et tamen tenera aetate quia hunc factus adolevit et non fuerit baptizatus non posset ecclesia nullum invitum baptizare quando est sui compos. Ratio est regula universalis quod homo liberi arbitrii non potest compelli ad nostram religionem nisi illam ante suscepit.

Ar. 9. Utrum sit comunicandum cum infidelibus.

Supponitur 3 dantur leges. 1. concl. ecclesia non prohibet fidelibus comunionem infidelium qui numquam fidem susceperunt in poenam ipsorum infidelium. 2. concl. ecclesia privat fideles a comunione hereticorum in supplicium et poenam ipsorum hereticorum. 3. concl. quando fideles sunt firmi et constantes in fide non prohibet comunicare cum infidelibus qui numquam susceperunt fidem.

Est dub. utrum comunicatio cum hereticis quae ecclesiastico jure est prohibita sit etiam divino jure prohibita. Et videtur quod sic. Patet 1° et 2°.

2° Ex s. th. q. 3. [illegible] aperte insinuat quod divino iure sit prohibita conversatio cum hereticis qui dicit primum infidelibus qui nondum susceperunt fidem est inhibitum in primis videtur innuere quod cum his qui susceperunt etc. Probatur 2. Joan. 1. si quis venit ad vos et hanc doctrinam non affert nolite recipere eum in domum nec ave ei dixeritis qui enim dicit illi ave communicat operibus illius malignis. 4° Probatur ad Tit. 3. ait Paul. hereticum hominem post unam et alteram correptionem devita sciens quoniam subversus est eiusmodi. non dicit Paulus quod hereticus est vitandus sed [illegible] quia commissum est solus debemus devitare illum. 5° Probatur matth. 18. ait Christus si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et heretici sunt non audientes ecclesiam ergo divino iure prohibemur conversari cum illis

Ex his quod divino iure non est prohibitum communicatio cum hereticis sicut neque cum aliis infidelibus nisi in casu quo aliquis esset in periculo subversionis et probabilis inficiendi tunc enim iure divino prohibitum est infidelibus cum illis agere. patet nostra tempestate modo ex constitutione concilii constantiensis esse licitum communicare cum quolibet excommunicato nisi in duobus tantum casibus s. quando est nominatim excommunicatus et qui est manifestus percussor clerici ita quod nullo possit tergiversatione celari. at hereticos tenemur vitare dicendo quod sunt excommunicati quod nisi in illis duobus casibus bene possumus conversari sicut cum aliis excommunicatis . . Ad illud ex s. th. dicitur quod s. th. supponit in 3. q. quod heretici sunt excommunicati propterea non sunt admittit fidelibus communionem cum illis et tempore s. th. non adhuc erat illa constitutio concilii constantiensis at hoc tempore possumus cum illis communicare nisi in illis duobus casibus et nisi esset periculum subversionis tunc iure divino sumus inficiendi tenemur vitare illum. Ad illud ex matth. si ecclesiam non audierit etc. dicitur quod evangelium supponit excommunicationem factam qua supposita tenemur illos vitare. Ex quo colligitur quod ecclesia habet potestatem per censuram ecclesiasticam excommunicare hominem et eiicere illum a congregatione fidelium et hoc dicit sit tibi sicut ethnicus. i. excommunica illum quo supposito debemus vitare illum sicut diximus in illis casibus. Ad illud Joannis dicitur quod debet intelligi in illo casu quando esset periculum subversionis et sic [illegible] doctrina. et ita [illegible] tribuit rationem qui enim dicit illi ave communicat operibus illius mali-

 371

qui exponit se periculo quod inficiantur et inveniuntur eodem crimine
et similiter intelligitur illud Paul. 2. dico quod apostoli erant
episcopi in illis provinciis quas sua predicatione converterant
et instituebant leges et constitutiones necessarias ad reformatio
nem morum. et sic Joanes precipiebat fidelibus ne reciperent in
fideles hospitio et idem precipiebat paulus tito. itaque erant precepta
ex officio[?] non preceptum [?]. et illis preceptum pro illo tempore
erant comodamine et ecclesia aliis decrevit sub eadem potesta
te in illis dictis

Utrum infideles possint esse prælati fidelium aut domini illorum. Ar. 10.

1. concl. nullomodo debet ecclesia permittere quod infideles preficiantur
aut dominentur fidelibus. 2. concl. si loquamur de prelatione aut
dominio quod ante iam erat tunc fideles debent esse subditi suis
prelatis et dominis ita quod per hoc quod subditi convertantur ad fidem non
sunt eximuntur a dominorum potestate. 3. concl. non obstante ista 1. 2. q.
ecclesia potest justissime statuere legem publicam ut nullus princeps
infidelis habeat subditum fidelem neque dominus infidelis servum fi
delem. 4. con. Ecclesia in quibus dominii infidelibus iam constituit
istam legem in aliis vero propter scandalum non statuit licet habeat
potestatem.

Circa 1. concl. notandum quod istud est diffinitum in jure quantum ad
prelationem habetur 54. d. nulla prelatio. ex concilio toletano 4.
et de judeis et sarrac. c. cum sit nimis absurdum. et quo ad con
cilio generali eodem tit. ex c. ex speciali. ubi precipit. 6. gre
gorius quod si vendiderit mancipia sua alicui infideli quod nullomodo
preponat infideles ipsis fidelibus. De dominio vero habetur
54. d. c. mancipia et c. presentia et de jud. et sarrac. c. c.
multorum et c. nulli judeo. misnis[?] c. assignantur causas pro quibus
non permittitur prelationem dominium infidelium super fideles. 1.
causa quia dicit s. th. quod domini essent molestissimi subditis
et servis. 2. causa quia est nimis indecens et absurdum quod
filii libere filiis famulentur ancille sicut ait Paul. ad galat.
4. is qui secundum carnem erat persequebatur eum qui secundum spiritum.
3. causa quia videtur esse una species quasi blasphemie et habent inser
vitutem et prelationem illum quem Christus sanguine suo redemit.

In 4. concl. notandum quod illa est diffinitum in jure in c. fraternitate. 54. d.
et ex. de judeis et sarracen. c. ultimo. Circa 3. concl. s. th.

Est magnum dub. videtur n. q illaq est falsa. Patet p.º infideles qui non susceperunt fidem habent legitimum et verum dominium supra servos et sunt veri principes suorum subditorum jure gentium. Et ius non destruxit istud jus gentium quin potius confirmat dominium quae sunt jure illorum sicut legimus math. 22. reddite quae sunt cesaris cesari &. q non habet ecclesia potestatem et auctoritatem q. subditi fideles non sunt sibi i.e. illi dominis infidelibus. P. sacrae literae dicunt q fideles obediant suis dominis infidelibus et etiam suis principibus infidelibus q non potest ecclesia vi [illegible] tollere lege q servi facti fideles sint ex dominium principum infidelium. ans patet Rom. 13. ois anima potestatibus sublimioribus subdita sit non est n. potestas nisi a deo et [illegible] ideo q subditi estote non solum propter iram sed etiam propter conscientiam et in tempore d. Pauli qui scribebat [illegible] fidelibus erant principes infideles. Ite. 1. corinth. 5. docet expresse Paul. q ecclesia non habet aliquam potestatem in [illegible] istos infideles qui nimirum sua aperiunt fidem dei [illegible] sunt nihil attinet ad nos judicare. Ite. 1. ad tym. 6. dicit expresse. quicumque sunt sub iugo servi dominos suos omni honore dignos arbitrentur q ibi loquitur de dominis infidelibus patet quia ante habent fideles dominos non contemnant q fratres sunt. Ite. 1. pet. 2. ait servi subditi estote in omni timore dominis non tantum modestis. i. fidelibus sed etiam discolis. i. infidelibus et dicit expresse q fideles non debent uti christiana libertate in velamen malitiae ad excutiendum jugum servitutis. Ite sapientiae 6. expresse dicitur q regibus principibus et potestatibus infidelibus data est a domino potestas et virtus ab altissimo ut regant suos subditos et christus debet ab illis exigere rationem de suo regimine. ex quo conseq. ex omnibus istis locis q isti infideles sunt veri domini q ecclesia non potest tollere. P. si ecclesia haberet istam potestatem et auctoritatem statuendi legem q quamlibet servos [illegible] infidelium a domino suo principium sequeretur q haberet auctoritatem tollendi ab illis alia bona quae possident justo titulo et privare illos suis terris et regnis. hoc autem est falsissimum et christianae [illegible] vel [illegible] dominis et praeterea q si ecclesia [illegible] istud dominium certe evangelium. effet in scandalum [illegible] omnibus modis parent [illegible] naturale et jure gentium q dicendum est q dominio sicut [illegible]

q. subdit

 372

vel fiat natura iure vel gentium, sicut, per evangelium.
Pro explicatione notandum ex Caietano. 1. q. 66. ar. 8.
ad. 2. arg. quod tria sunt genera infidelium. Primum qui dam
sunt infideles qui de facto et de iure sunt subiecti principi
cuius christianis sicut olim erant Iudei mixti nobis cum
et erant subiecti principi fideli regi Fernando et similiter
Sarraceni. Et Christiani principum incredulorum licet principes
esset fidelis. Alii vero sunt etiam principes qui pepulerant in fide
Alii vero sunt infideles qui de facto non sunt subiecti
principibus fidelibus sed de iure debent esse subiecti et pertinent
fideles homines. v.g. omnes Sarraceni et omnes Turce non sunt de facto
subiecti ecclesie sed de iure pertinent ad ecclesiam quoniam omnes
terre quas illi possident fuerunt olim ecclesie et propterea ex
suo ius iustissimum bellum illis inferre et dicit propterea quod illis uti tum
bona que habent. Alii sunt infideles qui non sunt subiecti
ecclesie neque de facto neque de iure sicut illi qui incolunt propriis
terris in quibus numquam fuit christianismus v.g. in Indiis et
qui deinceps venerunt in ditione christianorum erant liberi iure
naturae et gentium quia numquam fuerunt subiecti ecclesie. Ex his
1. Con. Infideles primi generis possunt lege publica et iusta
privari dominio suorum servorum fidelium. et ita hoc ecclesia iustissime
mesonhibit [illegible] iuribus allegatis continetur et patet quia ista iura
sunt sancta et iusta. Praeterea princeps reipublice et imperator reipublice
habet auctoritatem disponendi bonis particularium
civium ad bonum commune totius reipublicae quando multo magis in eo
modo in re virtutem fide et religionis ad praeservationem [illegible]
hoc facere enim quando lex ad quam pertinet conservare et augere
nostram religionem. Praeterea princeps potest statuere istas leges
erga suos fideles et esset sancta et iusta lex quanto multo potius
hoc potest statuere erga fideles quia ibi est maior ratio et maius
periculum fidei.
2. con. ecclesia habet auctoritatem statuendi istas leges erga
infideles 2. generis. s. Sarracenos et Turcas. Patet
habet ecclesia potestatem tollendi ab istis omnia bona quae habent
et terras suas ut diximus quanto multo magis potest illis leges
condere. Praeterea servus qui detinetur ab istis quia iste est fidelis
tunc potest fugere et relinquere infidelem dominum quia

p tyrannidem vel propter illum et cederet quod nullus magis ecclesia
potest illum per legem liberare.

3. Con. circa infideles 2i generis potest ecclesia statuere simi
lem legem in favorem fidei quod servi donentur libertate similiter
contra prohibitionem fidem. In isto casu quo esset periculum fidei
et dominus blasphemaret fidem et infestaret illius fidem.
et male haberet servum hoc est nomine quod christianus est.
probatur quoniam pontifex est vicarius christi in terra et hoc pontifici
maxime debet curare quod christiani non scandalizentur et quod nec
nostra religio blasphemetur quod in illo casu ubi domini blasphe
marent fidem et religionem et servus scandalizatur potest ecclesia talem
legem statuere. P. hinc principes servi possent licite fugere et ex
fugere dominos qui fugiunt dominos tyrannos et tradunt illos
unde e contrario quod christiani sunt quod ecclesia potest illos liberare
per legem statutam et ista lex esset justissima dominationem proponit
istis infideles reperirentur vel aliter qui tradunt et sumunt
inter suos servos fortis n. est quod contra dominium tradentis illos
in lege quod christiani sunt. patet hoc quoniam lege praeceptis
in dicimus quod in consequentia facit aliquem dominium rei alienae
simpliciter in particulari cessat finis legis sed in communi semper
manet. s. ut fiant liberi et non sint propter ipsos. et ad propositum
dominium negligentia dominorum quod similiter cum finis illius
legis semper maneret licet in aliquo particulari deficeret ex
in illo tamen esset sanctio justa. Et similiter intelligendum
debet interpretari 3. ad 1. S. Th. s. in isto casu quo est
periculum in servis de religione domini blasphemant fidem
et religionem et suscipiunt eos. S. Th. ubi ait quod propter fidelis
meritum infidelitatis merentur amittere dominium. i. quod sunt
ratio quod infideles sunt et blasphemant fidem et male tractant
servum quod christianus est. et similiter alia ratio quod est
absurdum quod fideles tractentur male quod christiani sunt cum
potius propterea deberent honorari. et ipse S. Th. se ex
plicat sic 1. q. 12. ar. 2. et q. 104. ar. 6.

4. Concl. si sint aliqui infideles qui non habent odio nostram
religionem neque blasphemant eam. et possidentes servos fideles
justo titulo vel emptione vel justo bello captos. ex gratia huiusmodi

ergo eius modi infideles ecclesia non potest condere legem per quam
emancipabilis servos fideles quos iusto titulo possident sicut non potest
tollere alia bona quae possident iusto titulo. patet hoc ex argumentis
factis contra tertiam conclusionem s. th. quae bene probant istam
veritatem. 1. quia Christus ad propagandam fidem non misit in mundum
armatos milites sed homines sanctissimos plenos omni dono spiritus
et pietate qui dicebant voce plena et libera paratissimi sumus
dare et superimpendere nos ipsos pro animabus vestris. 2.
corint. 12. et isto pacto facile et brevi tempore conversus est mundus ad Christum.
2. patet quia iniqua erat decentissimum ut lex ipsa charitatis et amoris in
duceretur in mundum mediis humanissimis omni pietate officio plenis lex
enim ipsa in christiani vestigent in mundum per cedentes sanguinem. ista 4.
concl. sumitur est contra Gosthenum in c. quod super his de voto et voti red.
et contra aliquos assentatores principum et pontificum qui docent
quod pontifex est dominus totius orbis et potest pro suo voluntate tollere do
minia temporales iurisdictiones ab infidelibus eo quod infideles sunt. sed
hoc est falsissimum et periculosissimum et ita asserit s. th. 1. q. 12.
ar. 2. et q. 104. ar. 6. et Caieta. 1. q. 66. ar. 8. ad 2. ubi loquitur
certe doctissime et verissime idem tenet durand. in 2. d. 44. q. 3. et
loquitur multum bene explicat quod s. th. bene quod possit princeps
fidelis tollere servos fideles ab infidelibus dominis. Vide etiam silvest.
tulo infidelitas q. 7. et est eius sententia theologorum verissima
et certissima sine contradictione mea et aliorum ut in me ostendimus.
At contra sunt contra hoc conclusionem. 1. isti infideles tenentur iure divino
suscipere fidem Christi. iuxta illud marci ult. qui non crediderit condemnabitur
ubi vero tutius in proximis praeceptum credendi sed pontifex est vicarius
Christi cui pontifici incumbit propagare hanc fidem in toto mundo ergo potest
illis inferre vim ad credendum per potestatem membra ecclesiae. 2. et principes
2. maior est obligatio et arctior est coniunctio inter maritum et uxo
rem quam inter servum et dominum sed inter infideles si alter coniugi
conversus fuerit ad fidem publica lege praecipit ecclesia ut discedat
a coniuge infideli quanto multo magis et multo magis poterit praecipere
hoc ipsum inter servum et dominum minor pars ult. 28. q. 1. c. iudaei
et c. saepe in ulterius ubi illud praecipitur quod fidelis coniux deserat in
fidelem cum in paul. 1. corint. 7. consilatur coniux facta
fidelis maneat cum infideli si fortasse possit illum lucrari Christo. pro
bonum et sine contumelia creatoris et nihil obstante hoc consil.

paulo

ecclesiæ facit illam legem &c. Ad p.m. R. concesso ante. negando 2.m quia infideles tenentur suscipere fidem tantum ex religione non autem ex debito justitiæ legalis ideo non possunt compelli sine magna injuria contra religionem. v.g. quilibet nostrum ex debito religionis et evangelij debet diligere deum super omnia et ex debito charitatis eleemosynam dare, si tamen quis ad hoc nos compelleret gravissime peccaret quia illud debitum non est legale ex justitia sed tantum est debitum evangelicum et religionis at tamen si quis debeat .10. alicui ex debito justitiæ legalis poterit compelli a judice ut solvat. Ad 2. R. concesso antecedente negando 2.m est enim discrimen quia quando alter conjugum convertitur ad fidem potest libere repetere secundum conjugium si alter nolit converti quo casu jure divino dissolvitur primum matrimonium et ita definivit et explicuit Paul. 1. corin. 7. est etiam aliud discrimen quia inter conjuges requiritur paritas cultus debent enim ut bene conveniant esse ejusdem religionis id tamen non requiritur inter servum et dominum propterea non est similis ratio quia in casu conjugum jure divino dissolvitur primum matrimonium et tamen inter dominum et servum fidelem jure divino subemus quod servus obediat domino suo nostri modesto sed etiam discolo et infideli non est par ratio. Unde dicendum est quod quando convertitur servus ad fidem fides liberat eum a durissima servitute peccati non autem a servitute civili.

Ar. 11. utrum fideles debeant tolerare ritus infidelium

1. concl. ritus Judæorum possunt licite permitti in republica christiana

2. concl. ritus aliorum infidelium s. paganorum non sunt tolerandi in ecclesia quia religio falsissima sine utilitate ecclesiæ ad 3.m et.

Circa 1.m notandum quod 1. concl. solum habebat locum in primitiva ecclesia et erat consultissimum Judæos tolerare et eorum ritus propter magnas utilitates quas capiunt christiani ex illis primo enim in eis nostris habemus testimonium nostræ fidei quia sui ritus fuerunt umbræ nostræ veritatis. 2. tunc erant fideles in periculo quia propter eorum prohibitionem et bonam conversationem Judæos lucrabantur. 3. et ita Paul. 1. corint. 7. consilium dabat conjugibus fidelibus ut manerent cum infidelibus conjugibus etc. enim unde saepe multi fideles sic conversi sunt. At tamen nostra tempestate jam hoc non est utile neque esset bonum quod Judæi infideles inter christianos diversarentur

q̄ eēt tamen vbiq̄ corruptio morum q̄ esset periculum q̄ post ligne
Judej christianos a vera religione avocarent q̄ sperandum q̄ chri
stiani illos ad fidem converterent. Et in veteri lege, prout lia et lege iusti
ca omnino mēst q̄ si ex duobus coniugibus infidelibus alter ad fidem con
vertatur altero manente infideli, si nō possit fidelis manere cum
infideli ecce lege expediamus q̄ consilio Paul. q̄ pro temporis dictu
ditate lex ista eēt. 28. q. 1. c. Judej et c. sepe malorum consorti
vero ex istis legibus debemus colligere q̄ conclusio s. th. nō est sequenda
in nostro tempore propter periculum utrinque

2.2. 10. dub. utrum sit licitum fidelibus vendere infidelibus quibus eorum
ritus sancti ea quibus sunt necessaria ad ritus ipsorum infidelium. Et
videtur q̄ nulla ratione sit licitum. patet 1º ex illo Rom. 1. ait Paul.
digni sunt morte non solum qui faciunt mala, sed et qui consentiunt
facientibus sed qui eiusmodi venderent, videntur cooperatores peccatorum
ritum infidelium, q̄ iniquum est illud facere. 2º. qui porrigeret
gladium furioso volenti se occidere peccaret peccato homicidij et
similiter qui porrigeret venenum volenti se occidere etiam peccaret
mortaliter sed vendens istorum prebet etiam occasionem infidelibus
peccandi et ipsi peccant. Atm oppositum ita v est q̄ si nō esset
licitum vendere istas res certe ohio se et sua pace permitteret ecclesia
q̄ infideles commorarentur cum fidelibus si illos permittit debet permitte
re illis tribuere necessaria ad suos ritus. 1. s. th. ait sic q̄ licet
isti infideles peccent in exequendis suis ritibus sed tamen ecclesia illos
tolerat et permittit secum ne se peccet, unde videtur q̄ debeat etiam illud
permittere

Ad hoc Caietan. in 2a 2ae q. ae. 8. 4. dicit q̄ res quibus infideles utuntur
in suis ritibus sunt triplici differentia quia dam. n. sunt q̄ nō possunt
vertere in bonum usum sed semper habentur ordinantur in sacrilegij
et pessimum usum v.g. ydola et alie sacerdotales quibus Judej utuntur
et de istis rebus dicat 1º Caietan. q̄ nō possunt fideles illas vendere in
fidelibus sed peccant mortaliter peccato sacrilegij sicut ipsi infideles
male utentes. Patet hoc q̄ ille res eo q̄ illis semper habentur esse
pessimus q̄ tamen utens q̄ tribuens et consentiens usui peccat morta
liter q̄ cooperantur malo usui ipsorum infidelium. et ita dicat q̄ artes
instituta ad fabricandum istas res sunt damnabiles quibus nemo potest
uti sine gravi peccato mortali sacrilegij. et hoc expresse dicat s. th.
1. q. 169. ar. 2 ad 4. Aliquae res sunt quae possunt converti in bonum
et malum usum sicut animalia quae occiduntur in templo et
vestes cōes quibus communiter utuntur homines. Et de istis rebus ait
2º. Caiet. q̄ fidelis vendens istas res eo animo ut infideles possit
ex eo quis suos ritus peccaret mortaliter q̄ cooperaret malo usui alterius

Si tamen venderet illas res nesciens in quem usum illas vult convertere
tunc nihil peccat vendens neque tenetur inquirere, poterit tamen inquirere.
2º Est certum etiam [illegible] quando fidelis scit quod Judaei emunt
res illas ad malum usum suae religionis, v.g. emit Judaeus
agnum et scit fidelis quod vult illum ad immolandum in paschate. Et
similiter de [illegible] nec dum illo [illegible] monenda propositionis
[illegible] utrum licitum sit quod venderet. Et ad hoc dicit Caietanus
quod vendens ipsum scienter quod illis debet Judaeis [illegible] nihil
nihil peccat. probat hoc quia illae res possunt converti in bonum usum
et vertens vendens illas tantum praetendit utilitatem suam quam vult
acquirere, et nemo tenetur investigare quo animo aliquis emat.
ipse ergo si in malum acquirit peccans non autem vendenti imputatur.
2º est bona ratio quia ille malus usus Judaei in ordine ad vendentem
et tribuentem materiam quam fidelis in re vilitur neque est voluntarius
vendenti neque directe neque indirecte, nullo modo potest illi imputari
[illegible] peccati quia vendens [illegible] patet. 2º n. certum est
quod directe non est voluntarium quia vendens non intendit nec vult
in malum usum alterius et probat quod non indirecte quia licet iste possit
prohibere illum malum usum non vendendo illas res, sed tamen non
tenetur prohibere illum malum usum quia post praesumpta publica illum
sit particularis homo non tenetur prohibere. Et tamen ad hoc ut sit
voluntarium indirecte requiritur quod possim et quod tenear prohibere.
Haec omnia quae dicit Caietanus. Et his aliquis [illegible] nihil sibi
videntur esse vera et ex principiis bonis [illegible]
Unde facile patet ad [illegible]. Ad illud Pauli. Ex quo fideles vendentes
ipsum non cooperantur neque consentiunt peccato illorum quia licet possint
prohibere sed non tenentur ut diximus et ideo ille malus usus non est
voluntarius vendenti et propterea non imputatur illi.
Ad 2. Ex quo omnis est verum quod [illegible] nullus [illegible] quia ex charitate
tate Christiani tenebitur homo depellere mortem proximi suae et
tenetur et possit non faciens est voluntarium indirecte illa mors
et propterea peccaret.
2º Est certus consequenter dub. utrum sit etiam licitum edificare
illis suas synagogas in quibus colunt numen more et similiter
de sacra [illegible] eorum mezquitas. Et Caietanus dicit quod in illo non
est licitum [illegible] dicit. 1. q. 169. ar. 2. ad 4. probat quia templa
et aedificia in quibus illi peccant natura sua instituuntur in malum
usum sicut idola et vestes sacerdotales. Sed tamen ego
in hoc dissentio a Caietano credo n. quod est licitum [illegible]

fidelibus edificare etc. patet primo quia ex hoc habemus quod judei qui sunt inter nos non possunt novas synagogas edificare sed tamen possunt veteres reparare habetur hoc ex cap. de judeis et sarracenis c. judei etc. consilii. arguitur quia concedit quod possint reparari istas veteres quoniam si peccarent reparantes ad hoc diceret Ecclesia. hoc permittit ius tamquam malum sed tamen peccabunt edificantes sed tamen Ecclesia hoc non approbat sed credo quod licet permittit tamquam bonum. Probatur arguit manifeste judei possunt uti istis diebus bene ut quia sicut possunt fideles vendere res quibus infideles possunt bene uti ita possunt edificare. omnes patet quia sicut aurantibus non possent quidem Christiani adorare. Probatur licitum est nobis inter nos edificare sedes publicis meretricibus quamvis sciat ut hoc fiat illic esse exercendum nefarium usus quod communiter est nobis remo. n. theologus negat quod non potest questendere [illegible] usus.

Q.º 11. De heresi.

Ar. 1. Utrum heresis sit infidelitatis species.

1. Concl. ille qui errat in fide totaliter negans fidem non est hereticus sed paganus. 2. Concl. is qui credit Christo et tamen negat aliquam propositionem pertinentem ad fidem est proprie hereticus. 3. concl. heresis est proprie circa media pertinentia ad fidem in eo qui generaliter profitetur fidem.

Ar. 2. Utrum heresis sit proprie circa ea que sunt fidei.

1. Concl. heresis est circa humana dicta contrarium fidei catholice.
2. Concl. sunt genera in heresibus est n. quedam heresis que est et directe est contra fidem alia est que non directe sed ex consequenti et indirecte pertinet contra fidem.

Pro explicatione huius materie oportet notare quod dicit august. in lib. de heresibus ad quod vult dicere scribit in q. primo questione difficillimum vel in definitione omnis comprehendere quid sit heresis ita dicit. quid faciat hominem hereticum regulari quidem definitione comprehendi aut omnino non potest aut difficillime potest.

propterea debemus investigare naturam eius et ex proprietate nominis heresis quod est nomen [illegible] enim nobis tamen ide est quod electio quia hereticus per suam intellectionem eligit aliquam sententiam contrariam fidei doctrine contrariam ita explicat.

hieronimus ad galatas .5. sup illud hereses, secte. idem habet in
epistola ad titum c.3. ibi hereticum hominem post primam et secundam
admonitionem devita. idem tenet ysidorus lib. 8 ethimologiarum
c.3. ubi disputat de heresi et dicit quod est idem quod electio et
secta. Et ita ubicumque in novo testamento nos legimus se-
ctam. greci legunt heresim ad galatas 5. ubi nos le-
gimus sectas greci legunt hereses. et actuum 28. nos le-
gimus sumus de secta hac. et greci de heresi hac. Et sic
Aristot. 1. ethic. c.1. electionem appellat prohereesim. verum
est in q.-5. th. 4. d. 13 q. 2. ar. 1. explicat vim ingenio-
sius et habili non minus dictus dominus ait quod heresis proprie est
divisio unde et heretici dicuntur divisivi et quia in quali-
bet electione fit divisio ab uno medio relicto et alio assumpto
propterea heresis dicitur electio. Et ex hoc adtendimus quod di-
visio convenit proprie ex eo quod segregatur et separatur a suo
toto. Et quia prima communicatio inter homines est per cognitio-
nem propterea prima divisio est per dictum sententie cognitionem
hominis et inde est quod qui aliquis eligit aliquam opinionem
discretam a communi cognitione ille talis dicitur hereticus
et hinc fit quod philosophi illi qui introducebant novas opi-
niones et sectas in disciplinis dicebantur esse constitutores
et auctores heresium. Ex omnibus istis habetur quod
sive heresis dicatur divisio ut s. th. in 4. sive electio ut
colliter dicunt omnes. natura et proprietas heresis consistit
in hoc quod aliquis homo libere et proprio voluntate eligit ubi
habitur ad ... sententiam dei et separatur a communi notione
fidelium quod est directe contra fidem et rationem que captivat
intellectum in communem fidelium cognitionem de qua dicit
paul. 2. corint. 10.

2. notandum quod fides christiana et ista doctrina communis omnium
fidelium in illa ratione debet appellari aut heresis aut
secta etiam sicut sunt confessiones in aliis doctrinis aut
falsis aliis religionibus. Et ratio est quia heresis praesupponit
est doctrina et cognitio quam homo accipit per se

propria electione et arbitrio et ita proprissime placita philosophorum et opiniones dictae quae inter se habebant dicuntur hereses et sectae ex proprio arbitrio quilibet eligebat quod sibi magis placebat at certe doctrina fidei et evangelii non habetur a nobis ex propriis ingeniis et electionibus sed habemus ex traditione et revelatione Christi ut habetur Gal. 1. Neque enim ego ab homine accepi illud neque didici sed per revelationem Iesu Christi. Unigenitus qui est in sinu patris ipse enarravit. Et de hoc origine heresis disputat eleganter Ysidorus lib. 8. ethimologiarum c. 3. Unde Paul. Colossen. 2o ait videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum secundum elementa mundi et non secundum Christum. Illae enim sunt sectae et hereses. Et ad Thesalonic. 2o. Sicut nobis a deo traditum est evangelium ita loquimur .i. ex propria electione nihil dixit sed ex revelatione Christi. propterea non est heresis.

Est 2a dub. utrum definitio heretici sit bona quam S. Augustinus habet in lib. de utilitate credendi c. 1o. de simoniacis est. hereticus est qui alicuius comodi temporalis gratia et maxime principatus et gloriae novas opiniones aut gignit aut sequitur. Et ipsum queritur de definitione heresis quam colligunt doctores in 4. d. 13. quae sic habet. heresis est error pertinax contrarius fidei catholicae in eo qui fidem Christi generaliter professus est. Dico. quod utraque definitio est bona. patet. heresis est species infidelitatis. quia parte habet quod sit error contrarius fidei catholicae et hoc est velut genus in ipsa heresi et convenit cum paganismo et iudaismo qui sunt etiam errores contra fidem sed tamen distinguit ab illis quia iudaismus et paganismus sunt errores circa finem fidei quia simpliciter avertunt hominem a Christo. heresis tamen non avertit hominem simpliciter a Christo sed a mediis quibus ducimur ad Christum. et sic in heresi vere dicitur electio quae versatur circa media supposito aliquo fine. ita Arist. 3. eth. c. 2. ait quod electio est circa media praesupposita intentione finis. At certe quod electio est circa media praesupposita intentione finis. probat minor ex pluribus argumentis quod ista definitio heresis non sit bona Cathecumenus qui vero propterea non est propterea ultimatim heresis capit fidem ante quam sit baptizatus et tenet Christum non negavit illum negat aliquam veritatem ex aliquibus a Christo. iste non est hereticus

quia non est baptizatus neque solemniter professus est fidem
Christi retentus sine regeneratione medium. 2o. arguitur. Si
aliquis infans baptizatus nutriatur inter infideles et
simulatque fit compos rationis sequitur sectam infidelium
vel paganorum vel Iudaeorum iste videtur esse hereticus quia de
serit fidem quam suscepit in baptismo et tamen non solem
relinquit mediis declarationibus in fine quia illa definitio est mala.
3o. arguitur apostata dicitur ille qui ex integro suam Catho
licam negat fidem est hereticus quia expresse agit contra fi
dem quam in baptismo receperit.
Ad 1m. dico quod ille cathecumenus non est hereticus sed paganus
quia ut aliquis sit hereticus non sufficit quod recipiat fidem pro sua
voluntate integre sed requiritur quod solemniter et publice profiteatur
ipsam fidem ille tamen qui pro voluntate sua recepit aliqua
de fide aliqua tamen reiecit non est hereticus sed paganus. sicut
Saraceni qui pro voluntate sua recipiunt aliquas verita
tes fidei alias tamen reiiciunt
Ad 2. dico quod ille puer videtur infidelis quia pertinet ad hereticos et
est hereticus et ratio est quia ille deserit fidem quam in baptis
mo tempore publice susceperit et patrini nomine illius professi
sunt fidem et ipse recepit characterem fidei. Ad argumen
tum quod totaliter deserit fidem et non profitetur Christum. dico quod
verum est quod actualiter non profitetur Christum. sed tamen satis est
quod receperit baptismum et in ipsa confessione baptismi et charac
tere suscepto profitebitur ipsum Christum. Ad 3. dico quod ille proprie
est apostata qui post susceptum baptismum totaliter deserit
fidem.
Ad 3. Silvester verbo hereticus 1o. q. 2. dicit quod apostata proprie
loquendo non est hereticus quia tamen a fide universaliter deserit
unde videtur Silvester constituere aliam 4am speciem infideli
tatis scilicet apostasiam. At tamen idem Silvest. verbo apostasia
q. 1. et 2. videtur dicere oppositum dicit enim quod apostata
est vere hereticus et incurrit poenas hereticorum. Caieta.
in Summa verbo 2o: dicit quod apostata est vere hereticus quia licet
cogitatione proprii et characteris non retineat Christum. sed tamen se
quitur

sequitur christum et passive per susceptionem baptismi et characteris. Attamen si sumatur tunc bo. apostata videtur apostasia quodammodo dicere dicit. n. quod apostasia aliquid maius est quam heresis quia apostasia ex integro et totaliter corrumpit fidem.

Quaestio 25. quod apostatae in iure habentur heretici et similiter incurrunt omnes penas et censuras que feruntur in iure contra hereticos. patet primo ex usu et consuetudine ecclesiae. inquisitores. n. eo modo recipiunt apostatas ad fidem sicut hereticos et sicut habetur in instructione hispalensi et in aliis apostatis. P. ex tractatu sententiarum in ethesauro et iuris peritorum. P. patet ex textu expresso. c. contra christianos de here. li. lib. 6. ubi excommunicantur apostatae sicut heretici. P. patet ex. c. ad abolendam etc. de hereticis ubi habetur quod quicumque senserit aliter de sacramentis ecclesiae quam Romana ecclesia sentit sit excommunicatus. certum est autem quod apostata aliter sentit de sacramentis quam ecclesia Romana.

2°. dico quod proprie loquendo et exacte sancti doctores non appellant hereticos ipsos apostatas sed duntaxat illos appellant hereticos qui retinent ipsum nomen christianum. corrumpunt doctrinam ipsius etc. hoc patet ex d. august. lib. 16. de civitate. c. 2. dicit quod cham filius medius noe. interpretatur calidus. iste tamen neque numeratur in primitiis israel inter sanctos et iustos neque tamen inter plenitudinem gentium sed ab utroque populo discedens et inter utrumque remanens habet imaginem et gerit typum hereticorum qui recedunt a paganis et christianis et neque sunt pagani neque christiani sed inter eos remanent cum neutri sunt. idem ipse dicit lib. 18. de civitate. c. 51. expresse appellat hereticos qui retinet partem religionis etc. partim tamen deserit videndus est etiam d. gregorius lib. 5. moralium. c. 11. ubi optime hereticos depingit et coloribus. et hoc ipsum videtur posse colligi ex illo math. 7. ubi ait christus cavete a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium quia videntur partim profiteri etc. intrinsecus autem sunt lupi rapaces quia corrumpunt doctrinam etc. P. luc. 17. loquitur christus de leprosis quibus sancti comparant hereticos qui sicut lepra inficit colorem sanitatis partim maculat corpus partim sanitate relinquunt ita heretici miscentes prava bonis etc. et paul. 2. timoth. 3. comparat hereticos magis pharaonis de quibus

Exodi 7. propter spem veritatis volebant corrumpere veritatem
aut sicut Jannes et Mambres quierant magi pharaonis.
Ex hoc dub. quia ex dictis videtur quod heresis non sit deterior species
aliis speciebus infidelitatis quia error circa finem peior est malo quam
error circa media heresis autem est solum circa media aliae
autem species sunt circa finem ergo. hoc autem est contra s. th. 2. 2. q.
10. ar. 2. Praeterea quilibet hereticus et paganus et judeus habent
eundem numerum errorem ut q. quod mortui non resurgunt ergo
videtur quod heresis non sit species distincta a paganismo et judaismo.
Praeterea quilibet hereticus qui negat unum articulum fidei consequenter
amittit fidem ergo etc. et venit contra alios articulos fidei quia
diximus quod hereticus non habet fidem infusam sed falsam et
quod dicit s. th. quod heretici errant circa media retenta vera fide
erga finem ipsorum quia etc.
Ex breviter ad primum quod heresis est error pertinens ad intellectum
mediate et elicitive sed in imperative pertinet ad voluntatem
et ideo est talis duarum potentiarum et quia parte pertinet ad intellectum
dico quod [struck out] est gravior paganismus et iudaismus quia heresis
quia illi totaliter corrumpunt fidem heresis autem non. sed in quantum
parte heresis pertinet ad voluntatem sic heresis est gravius peccatum
cum simpliciter loquendo debet considerari quod pertinet ad voluntatem
tantum in ordine ad peccatum quam quod pertinet ad intellectum et sic
simpliciter heresis est gravior.
Ad 2. dicendum primo quod ad distinguendum istas species non debemus singula-
ritatem distinctionis inde istis speciebus sed satis est ad distinguendum species
quod hereticus in generali et in communi retinendo finem negat aliqua
aliae autem infidelitates non sicut dictum est propterea heresis
sic est distincta species ab aliis. 2. dico quod eadem propositio
erronea contra fidem licet materialiter sit idem quoad tamen in
omnibus sed in formaliter distinctum habet malitiam in
heretico qui illam recepit fidem et in judeo qui suscepit in
umbra et in pagano qui nullo modo. quemadmodum furtum
si fiat in foro habet unam solum malitiam si autem fiat
in ecclesia habet aliam distinctam malitiam ex loco.

Ad 3. Re. verissimum esse quod hereticus ex integro amittit fidem infusam tam in fine quam in medijs ut dixi in q. . . . . . dixi sunt quod non errat circa finem qui . . . est . . . sed veretur existimat fidem aquisitam quod quidquid . . . dicit verum est et hoc est quod dicit . . . quod retinet fidem . . . non quidem infusam sed fidem aquisitam et veram existimatione.

2. Est aliud dub. circa illam particulam definitionis fidei catholice quae sit ista fides catholica. . . . Turrecremata lib. 4. summae p. 2. c. 8. dicit quod dupliciter intelligitur fides catholica. Uno modo dicitur catholica quia universaliter est vera et in tota et in singulis partibus et ita dicitur catholica i. universalis . . . disciplinae . . . humanae non ita habent quia multis veritatibus . . . admiscent falsitates. fides . . . non ita ut legitur ps. 118. in aeternum domine . . . verbum tuum et in saeculum saeculi veritas tua . . . et luc. 21. amen dico vobis iota unum aut unus apex non praeteribit a lege donec omnia fiant . . . coelum et terra transibunt. et paul. 2. corinth. 1. fidelis dominus quia sermo noster qui fuit apud vos non fuit in illo est et non sed est in illo semper est. i. est simplicissime . . . veritatis . . . falsitatis.

et munere dei. quod ad timendum timere efficaciter malum gehenne quod est timor
supernaturale necessarium est auxilium dei. P. patet ex preclaris
testimoniis. ps. 118. confige timore tuo carnes meas a iudiciis enim
tuis timui. Esai. 63. quare fecisti nos errare domine a viis tuis

X: oppositum habet. Magister soto. lib.2. de na. et gra. c.1. folio 94. & idem habet expresse in 4. se. d.14. q.2. ar. 5. ubi dicit quod implere preceptum & facere bonum propter metum mortis aut inferni est bonum. & profecto uidetur ita esse uerum nam in Veteri testamento cum incutiebat Deus hominibus metum mortis temporalis et metum bellorum ut per hoc caverent peccatis ... quod est propter illos finis operari. R. ... potest quod hic solum dicimus quod iste finis non est sufficiens facere actum bonum si de se non est bonum sed si est bonus differens. non autem dicimus quod iste finis vitiet actum de se bonum. Magister autem loquitur de actibus ut est impletio preceptorum quae non vitiantur propter istum timorem temporalium. & ita etiam Deus incutiebat istos timores ad hoc ut propter illos homines servarent eius precepta quae de se bona esse 2

Inclina domine cor nostrum ut timeremus te. deus dicit in divina recor qui non est muli illud ut timeat. Ecclesiastici 1. timor domini expellit peccatum. apparet hic timor quod est ex consideratione. et subdit qui sine timore est non potest iustificari. et iterum initium sapientiae timor domini. et c. 25. dicitur beatus homo cui donatum est timere dominum. ergo certum est quod timor est a quo perpetuo est donum dei.

Ar. 5. utrum timor servilis sit idem substantia cum filiali?

Resp. negative. | Ar. 6. utrum timor servilis maneat cum charitate.

1. concl. timor filialis per quem timemus separationem a deo per culpam semper est cum charitate. 2. concl. timor servilis quatenus servilis est non potest esse secum charitate quia ex diametro cum illa pugnat. 3. concl. timor servilis secundum substantiam patitur secum charitatem.

In hoc ar. circa primam conclusionem notandum separatio a deo per culpam potest 2. considerari. uno modo quatenus separatio tollit divinam amicitiam licet nullum aliud nocumentum nobis afferret et secundum istam considerationem separatio a deo proprie non est malum poenae quia nihil mihi tollit mei proprii boni. 2. modo potest considerari quatenus infert nobis maximum malum quia privat nos visione dei et beatitudine aeterna. secundum 1. considerationem separatio a deo est obiectum timoris filialis qui filius qui habet charitatem cum deo possibilium timet separari a deo per culpam sicut charitas. n. christiana diligit deum propter se ipsum ita timor filialis maxime timet separationem a deo per culpam ita timor filialis timet separationem non propter malum proprium sed propterea quod tollit amicitiam dei licet nullum aliud nocumentum inferret. secundum autem 2. considerationem separatio a deo est obiectum timoris servilis et ita dico quod timor servilis respiciat unitus saltem poenam sive sit poena damni quae est separatio isto 2. modo sive poenam sensus. timor autem filialis nullam poenam timet sed solam culpam.

Ar. 7. utrum timor sit initium sapientiae

1. concl. si loquamur de initio sapientiae quantum ad substantiam rei ~~timor~~ fides christiana est initium sapientiae. 2. concl. si loquamur de initio sapientiae quantum ad effectum sapientiae sic timor servilis

sic timor servilis est initium sapientiae in hoc sensu quod praeparat animum ad habendam sapientiam. 3. concl. timor filialis est initium sapientiae in hoc sensu quod est primus effectus divinae sapientiae quia qui habet istam divinam sapientiam statim timet culpam.

In hoc art. videndus Augustin. lib. 83. quaest. q. 36. ubi disputat de hoc et dicit quod timor dei non solum est initium sapientiae sed etiam est perfectio et consumatio sapientiae. Quod totum intelligendum est de timore filiali qui crescit crescente ~~sapientia~~ charitate. videndus est etiam Beda. proverbiorum c. 1. super illa verba initium sapientiae timor domini. ubi egregie loquitur de hac materia.

Ar. 8. utrum timor initialis differat secundum substantiam a timore filiali

Concl. est quod timor initialis non differt secundum substantiam a timore filiali sed distinguuntur sicut perfectum et imperfectum in eadem specie.

Ad dub. de veritate concl. s. th. movetur propter durandum qui tenet oppositum 3. sent. d. 34. q. 5. ubi dicit quod omnes isti tres timores distinguuntur specie et probat bona ratione. obiectum timoris filialis est culpa quatenus nos separat a divino bono obiectum vero servilis est pena sive damni sive sensus obiectum vero timoris initialis est mixtum ex utroque culpa et pena quia scilicet offertur aliquid quod est offendere deum et privat nos dei visione. et s. th. in ar. 2. s. huius quaestionis. Ad quod ista sententia durandi videtur hoc modo theologizare. Et quod ista sententia s. th. est est multum probabilis et vera. 2. dico quod sententia s. th. est etiam optima possumus enim dicere quod obiectum initialis non est solum obiectum mixtum sed obiectum illius est sola culpa sicut et filialis sed quia iste timor est imperfectus ideo admittit secum timorem servilem qui timet penam dicitur ~~servilis~~ initialis quoniam vero adoleverit per charitatem est filialis.

Ar. 9. utrum timor filialis sit donum Spiritus Sancti.

1. concl. timor filialis est donum S.S. 2. con. timor servilis qua ratione servilis est a ... donum S.S. 3. concl. timor servilis quantum ad substantiam est quidem ab auxilio S.S. non tamen potest dici donum S.S.

Ar. 10. utrum crescente charitate minuatur timor

1. concl. timor filiorum crescit et augetur crescente charitate

2. concl. timor servilis quatenus servilis est expellitur omnino adveniente charitate. 3. concl. timor servilis secundum substantiam per quem timemus gehennam non ut summum malum crescente charitate paulatim decrescit et tandem quando est perfecta charitas omnino depellitur.

Circa 1. concl. notandum quod durand. 3. se. d. 34. q. ult.ª probat bona ratione quod obiectum timoris filialis est culpa et quamadeo separatur quis culpa timet quaratione est malum nobis possibile et impendens sed quanto aliquis magis [struck] minus illi impendet et possibilis est culpa quo magis crescit charitas magis minuitur timor filialis. P. ille qui habet charitatem minus perfectam eo magis periclitatur de culpa quam is qui habet charitatem perfectiorem. quare iste minus timet patet quod obiectum timoris filialis est culpa imminens. Caiet. dicit quod in obiecto timoris filialis [struck] duo considerantur. Primum est periculum committendae culpae alterum est magnitudo mali. et ista 2. conditio magnitudo mali est potior conditio ad timendum quam 1. condicio patet quia magis timemus maiora mala licet minus impendeant quam minora mala licet sint multum imminentia. v.g. magis timet homo aegritudine mortalem licet non immineat quam parvum dolorem capitis licet immineat et quia ille qui habet maximam charitatem apprehendit culpam tamquam maximum et gravissimum malum propterea magis illam timet quam ille qui habet minorem charitatem licet iste magis periclitetur. Unde hac parte verissima est quod s. quis qui habet perfectissimam charitatem maxime fugit culpam quia cognoscit maximum esse malum et certe hoc ipsa experientia manifestatur.

2. est aliud dub. circa 3. conclusionem. videtur enim falsa patet. timor servilis quantum ad substantiam est bonus et laudabilis quo quanto fuerit maior et intensior melior erit. patet quia quod bonus actus et laudabilis quo intensior est melior est quo quo magis augescit charitas non minuitur iste timor patet quia charitas perficit actus studiosos et bonos et non destruit illos.

Dicitur. quod 3.ª s. est tenenda de fide patet ex illo. timor non est in charitate sed perfecta charitas foras mittit timorem quod iste timor respiciens poenam minuitur per charitatem. et P. rationes s. th. egregie probat. quo magis enim quis diligit deum eo magis non timet poenam ab illo esse infligendam. et 2. ratio est egregia quia timor iste timet poenam ad tuendam.

Ad arg. R concedendo quod iste timor est bonus negatur tamen 2.ª quod non diminuatur per charitatem quia licet sit bonus secundum substantiam habet oppositionem cum perfecta charitate. propterea illa crescente ille decrescit

sicut voluntas ducendi uxorem bona est etiam voluntas conservandi virginitatem bona est et tn. cres cente voluntate virginitatis alia de crescit. Ad 2. dico quod ista q.ia nihil valet iste timor est bonus quantum ad substantiam quo quo fuerit intensior erit melior. sunt n. aliqua bona opera quae debent habere aliquam intensionem quam si praeterea iam sunt vitiosa. v.g. bonum opus est appetere divitias mediocriter ad alendam familiam et alia bona et tn. si vehementi amore illas diligeret aliquantuli inordinate esset malus amor.

Ar. 11. utrum timor maneat in patria.

1 concl. timor servilis non manet in patria. 2. concl. timor filialis perficitur et manet perfectissime et optime in beatis sicut charitas ex qua provenit. 2. st dub. de hac 2. con. videt. n. falsa. patet beati non timent penam quia securissimi sunt de sua aeterna felicitate sed ita similiter sunt maxime securi de divina amicitia a qua sciunt non posse separari g sicut non habent timorem servilem neque habent filialem. P. Christus nullum habuit timorem culpae quia licet culpa esset possibilis humanae naturae absolute considerate sed tn. ratione unionis divinae erat illi impossibilis sed similiter in beatis licet sit naturae absolute considerate sit possibilis tn. in illo statu est illis impossibilis g. P. quod si beati possunt timere culpam quia est possibilis naturae licet impossibilis statui ut ait S. Th. sequitur eadem ratione possunt timere penam quia licet sit impossibilis statui est possibilis naturae et sic habebunt timorem servilem

Ex tn. g certissime in beatis non est aliquis timor neque servilis neque filialis quia ferat illis aliquam tristitiam aut angorem animi ut in nobis est. q est contra felicitatem excludentem omne malum. Ad 2. dico quod timor filialis est in beatis non quantum ad istum actum qui est timere culpam quia certe est illis impossibilis sed quantum ad reverentiam est autem ista reverentia in eis qui contemplantur divinam maiestatem et excellentiam et periciunt quod est mali aliquam creaturam velle equari deo propterea timent et reverentur ut patet Job. 26. columnae celi paventes contremiscunt videntes deum. et isto timore Christus fuit repletus ut patet Isaie. 11. et hoc pacto debet interpretari S. Th. in 2. 2. q.e et similiter Aug. et Grego. etc.

Ar. 12. utrum

Ex affirmative.

De hac q. nihil dicendum. Sequit. q. 21. similiter nequi missa. Sequit. De q. 22. tampoco en esta bien o va el negocio.

Q. 23. De charitate.

Ar. 1. Utrum charitas sit vera amicitia / R. a primam ve.

In hac materia de charitate est disputatio ab omnibus theologis cum magistro in 1. sente. d. 17. et 3. sente. d. 27. usque ad 32. d. S. Th. disputat de ista charitate ab hac q. 23. usque ad 42. q. Qu. P° notandum q hoc nomen charitas non est nomen grecum ut aliqui putant sed est latinum vel tamen a latinissimis. Cicero lib. de amicitia definiens amicitiam ait esse nihil aliud quam omnium humanarum divinarum que rerum cum benevolentia et charitate summa consensio. Sed est discrimen inter latinos inter amorem et charitatem q amor latius patet in sua significatione quam charitas amor. n. est dilectio sive erga homines sive erga animantes insensibiles diligimus. n. vestes et divitias. charitas vero est solum in ordine ad deum et homines qua de re agit laurent. vala lib. 4. c. 62. Sed d. August. sup Joanne tractatu 123. ait q latinissimi auctores confundunt aliquando istud discrimen et usurpant pro eodem amorem et charitatem. Ita confundit Joan. 20. ubi Xpus ait Simon Joannis diligis me plus his. ubi interrogat de charitate et ait diligis. Respondit autem petrus tu scis quia amo te. ecce pro eodem accipit amor et dilectio sive charitas. 2° est advertendum q preter istam significationem charitatis que est amor benevolentis erga deum et homines. in primitiva ecclesia appellabant charitatem christianitatem convivia et hospitia que hospitibus et peregrinis ministrabant ut notat Erasmus in annotationibus sup epistol. Unde sup illud tobiam in expulsis suis convivantes ait q si tobiam grecam redderet tubus latino deberet traduci in dilectionibus et inter charitates. hoc ipsum notat tertullia. in lib. ad versus gentes. et in hac significatione rusticani et plebei appellant charitatem illam compotaciunculam que solet exhiberi in ex equiis mortuorum.

2° est q° dub. Utrum charitas que est inter homines et deum sit vere et proprie amicitia sine aliquo tropo aut figura itaque dicamur dei amici sicut alii sunt amici parentibus et aliis hominibus aut potius sit appellatio metaphorica sicut dicimur homines filii dei. et dicimur oves pascue eius per metaphoram vere. n. non genimus. Et videt. q. c. 2. q ista charitas non sit propria amicitia 1°. quia propria amicitia requirit equalitatem inter illos qui se vere diligunt et proprie [illegible] amicus est alter ego.

sed homines non possint habere equalitatem cum deo q. 2 no. post hic est se
tentia s. th. sic. Pro sole notandum ex Arist. 8. ethic. c. 2. quod ad veram
et propriam amicitiam quatuor conditiones exiguntur. 1. quod sit amor bene
volentiae et non concupiscentiae ex qua conditione colligitur quod quando diligimus
res aliquas propter nostram commoditatem cum illis rebus non habemus vera
amicitiam sed diligimus illas amore concupiscentiae ut qui diligit honores et di
vitias. 2. conditio est quod sit amor mutuus et reciprocus ita quod ex parte utriusque
extremi debet iste amor esse benevolentiae unde si aliquis diligat inimicum
sibi non est proprie amicus illius sed dicitur illi benevolus unde amicitia supponit
pro amore benevolentiae constandum alterum extremum redamatione. 3. condi
tio est quod ista amicitia non sit latens inter ipsos amicos sed alter cognoscat alte
rum et alterutrum sibi communicent suas operas. unde si essent duo quorum
uterque audiret de altero suas virtutes sed non se viderent nec per literas communi
cabuerint non sunt proprie amici sed sunt alterum benevoli quia requiritur ali
qua communicatio saltem per literas inter amicos. 4. conditio quod ista amicitia
debet esse propter honestatem et virtutem quia illi qui se diligunt propter utili
tatem proprie non est amicitia sed concupiscentia et ista amicitia utilis ait
Arist. quod plerumque reperitur in senibus quia cum multis indigeant querunt amicos
propter suam utilitatem et se propterea concupiscunt quod diligant vireque ami
citia quae est propter delectationem non est vera amicitia sed concupiscentia
et ista amicitia delectabilis feres solet occupare juvenes qui in mediis
voluptatibus propterea facile eos diligunt qui voluptate illos afficiunt. et
istae duae amicitiae utilis et delectabilis ait Arist. non sunt verae amicitiae neque diu
permanent quia sublata utilitate pereunt. amicitia autem quae habet pro funda
mento honestatem et virtutem est verae diuturna sicut ipsum fundamentum
virtutis. et inde est quod tales amicitiae paucissimae sunt quoniam preciosissimae
sunt et pauci sic se diligunt ratione virtutis sed si qui sint ait Arist. ex
illis consequuntur maiores utilitates et voluptates quam ex alijs. Ista amicitia
honesta divina est charitas inter nos et deum non propter nostras uti
litates sed propter ipsum deum qui est infinite bonus et adeo ipse est quod homo
habens charitatem vim ad sua bona ad se refert in deum et velet quod perirent
omnia pro sola dilectione dei. Et Caieta sic bene notat quod per istam cha
ritatem christianam volumus deo duplicia bona quaedam bona quae sunt in ipso
formaliter volumus quod sit omnipotens et infinite bonus et alia. et vellet
ista bona per charitatem est delectari quod deus habeat ista bona omnia

-alia bona volumus illi quae sunt extra ipsum sed in ipsius ordinem volumusque
regnet super omnia quod omnes creaturae sint illi subiectae omnique cedant in ipsius
gloriam et ista charitas requirit odium peccati quod sibi est contrarium.
Ex quibus ad dubium. quod charitas est verissima et propriissima amicitia inter
nos et deum neque potest amicitia ita proprie reperiri in rebus humanis.
patet quia omnes conditiones verae amicitiae quas supra posuimus optime conve-
niunt charitati quod Prima patet ex ipsa scriptura Rom. 4. et Jacob. 2.
credidit abraham deo et reputatum est illi ad justitiam et amicus dei appe-
latus est et Joan. 15. vos amici mei estis si feceritis quae ego praecipio vobis
et ibidem vos autem dixi amicos quia omnia etc. Idem ait Paul. Hebr. 11. ideo
non confundit deus appellari deus eorum. i. amicus illorum paravit n. illis civitatem.
Sed notat Caieta. hic quod ista amicitia hominis ad deum non est vulgaris amicitia
sed est magna et arctissima necessitudo propterea in sacris literis solet expri-
mi nominibus communicationibus ex quibus inter homines solent prodire magnae
amicitiae aliquando exprimitur ista amicitia nomine concivium et domesticorum dei
ad ephe. 4. iam non estis hospites et advenae sed estis cives sanctorum et dome-
stici dei. quia inter concives et praesertim inter domesticos solet esse non vulgaris
aliquando vero describitur ista amicitia nomine convivantium luc. 22. ait Christus
ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum ut edatis et bi-
batis etc. quia amicitia inter convivantes est alacris et voluptuosa. aliquando ex-
primitur ista charitas nomine sponsi et sponsae quia inter sponsum et sponsam est
tenerrima quaedam et maxima amicitia in lib. canticorum appellat Christus suam
ecclesiam sponsam et se ipsum sponsum. et apocalips. 21. ipse appellat.
Postremo explicatur ista charitas est quod optima comparatio. nomine
patrum et filiorum. Joan. 1. dedit eis potestatem filios dei fieri iis qui credunt
in nomine eius. ad Rom. 5. non solum autem sed gloriamur in spe filiorum dei.
Ista est melior comparatio inter omnes quia ex ista communicatione patris et
filii multa bona subsequuntur. scilicet obedientia ad patrem communio haereditatis.
amor mutuus inter filios eiusdem patris. ex quibus omnibus patet quod non
solum est vera amicitia ista charitas christiana sed est amicitia utilissima
et vehementissima quam habent homines justi cum deo.
Ad arg. 2. quod amicitia vera et propria non requirit omnimodam aequalitatem
secundum quantitatem absolutam sed satis est quod sit aequalitas proportionis
v.g. inter patrem et filium est vera amicitia et est illa aequalitas pro-
portionis

quod sicut se habet pater in ordine ad filios providendo illis et exhiben-
do illis officia debita, ita filii exhibet patri obsequium et alia que tenentur.
similiter etiam est in deo erga iustos quod sicut deus tribuit illis sua dona, ita ipsi illi
obsequium et gratias agunt.
2o est aliud dub. circa illud quod dicit s. th. quod omnis amicitia habet pro
fundamento communicationem inter amicos et quod inter deum et homines est
comunicatio eterne felicitatis. sequitur ex hoc quod charitas quam habemus erga deum
est amicitia utilis aut delectabilis potius quam honesta patet quia diligimus deum pro-
pter ea quae nobis communicamus eternam felicitatem quod magis diligimus deum prop-
ter bonum nostrum quam propter ipsum deum hoc amor est concupiscentie.
P. sequitur ex illo Arist. 8. ethic. 2. c. amabile quidem bonum unicuique autem
proprium quod quidquid homo diligat semper diligit propter proprium bonum.
R. quod aliud est amicitiam fundari in aliqua communicatione bonorum et aliud est
quod diligamus amicum propter aliquod bonum participatum ab illo primum n.
est verissimum de omni amicitia quod habet pro fundamento communicationem alicuius
boni v.g. diligimus homines quoniam sunt proximi istud dilectio habet pro
fundamento communionem nature. similiter cives diligunt se amicitia
politica quia cives communicant in civitate et politia et diligimus consanguineos
se diligunt naturaliter quia habent comunem genus et originem. Ita dico quod ista
amicitia quae est inter iustos et deum habet pro fundamento communionem et
consortium divine nature ad quam deus per gratiam suam elevat et vocat.
Scd. m. non sequitur ex hoc quod diligamus deum propter bonum quod nobis commu-
nicat licet n. illa communicatio sit fundamentum sed finis non est bonum communicati.
sed potius diligimus deum quia summe bonus est in se metipso et universe bona
quae nos habemus et nos metipsos per istam charitatem ordinamus in ipsum et
vellemus quod si id esset possibile etiam gloriam perdere ut ipse sua bonitate ex
inclinatione propria charitatis. Ex hoc patet sol. ad arg. s. th. n. solum
dicat quod ista communicatio est fundamentum non autem finis. Ad illud ex Arist.
R. p quod ille qui diligit amicum amore benevolentie diligit suum proprium
bonum quia amicus est meum proprium bonum licet nihil de illo expectem
... proprie non est utilitatis aut voluptatis sed m.
2. dico quod finis amicitie vere et proprie non est utilitas aut voluptas sed m.
non est inconveniens quod utilitas aut voluptas antecedant tamquam occasiones
ad ineundam veram amicitiam postea tamen in ista vera amicitia diligitur
amicus propter se ipsum. et utrum quae ista est vera amicitia ex illa sequuntur
utilitates et voluptates multo maiores quam ex aliis amicitiis ut diximus.

Unde dicit eleganter Cicero lib. 1. de natura deorum ad textus democriti et epicuri qui negabant providentiam dei circa res humanas. quod si a diis immortalibus sunt humano generi aliqua bona tributa possumus illos diligere et colere sin autem neque nobis nocere possunt neque timere eos tenemur illos diligere. qui non potest esse aliqua amicitia ubi nihil diligit ... honestissima quin ex illo oriatur aliquid ... Notandum quod bona quaedam nobis communicantur sunt duplicia quaedam sunt naturalia ut esse vivere et intelligere. et ex ista communicatione oritur amor naturalis quo diligimus deum naturaliter plus quam nos. sunt alia bona supernaturalia ut fides gratia et alia dona et in ista communicatione fundatur amor charitatis quo deum diligimus quia tenemus esse supernaturale bonum auctorem gratiae.

Ar. 2. utrum charitas sit aliquid creatum in anima.

Concl. est quod charitas per quam diligimus deum supernaturaliter est aliquid creatum in anima. i. mediante charitate infusa diligimus deum. sicut credimus per fidem et speramus per spem.

In hoc ar. notandum quod Aug. circa istam conclu. s. th. videtur esse varius et sibi repugnare aliquot. n. locis videtur docere quod ipse sp. s. est nostra charitas per quam diligimus deum super omnia hoc habet lib. 8. de trinit. c. 7. et 8. et lib. 15. c. 17. ait quod deus est charitas nostra sicut dicitur patientia nostra spes nostra misericordia nostra dicit. n. patientia nostra quia causat patientiam in nobis et similiter de aliis atque charitas nostra non sic dicitur quod ipse sp. s. per suam essentiam est nostra charitas hoc videtur docere Joan. ep. 1. Canon. c. 4. deus charitas est et qui manet in charitate in deo manet etc. et d. Aug. quod ita deus dicitur charitas sicut dicitur spiritus essentialiter Joan. 4. deus spiritus est. Ex istis locis magister sent. collegit suam sententiam et arbitratus est quod charitas non est in nobis habitus infusus. Sed in. idem Aug. lib. de spiritu et litera c. 32. expresse videtur oppositum docere dicit quod ipsa charitas est in nobis a deo. et diffunditur in cordibus nostris sicut ipsa fides. probatque ex illo Rom. 5. charitas dei diffusa est in cordibus nostris per sp. s. qui datus est nobis per quem datur nobis sp. s. qui dat charitatem quae est effectus sp. s. et dicit Aug. optime quod in isto loco Paulus non loquitur de charitate quae est ipse deus per essentiam sed de charitate qua nos diligimus deum.

qua facit nos dilectores sui qui est in fissando nostras ab ipso deo. Et in libro de moribus ecclesiae. c. 11. tractans illa verba apostoli neque mors neque vita poterit nos separare a charitate dei Rom. 8. dicit quod illa charitas est virtus quaedam in nobis quae rectissime dicitur mentis nostrae affectio. Et tamen ego non dubito quin d. August. fuit huius sententiae quam .s. Th. sic docet licet magister sent. habuerit iustam causam errandi propter alia loca.

2. dub. utrum ista sententia magistri quae negat charitatem esse habitum infusum sed esse ipsum spiritum sanctum utrum sit erronea. Respondeo quod si aliquis diceret quod ipse spiritus sanctus per essentiam suam est forma intrinseca animae nostrae quam mediante diligimus deum super omnia vel etiam diceret quod spiritus sanctus est ipse actus diligendi non solum esset hereticus sed stultissimus esset. et quidem aliqui sic intellexerunt magistrum quod haec esset eius sententia. probatur quia spiritus sanctus per suam essentiam non potest inhaerere mentibus nostris sicut forma accidentalium esset n. haec maxima imperfectio unde est hereticus. Probatur patet de actu quia actus noster diligendi est quidam actus mutabilis et variabilis quia quando non diligimus est postquam cessamus a dilectione unde non est hoc attribuere spiritui sancto stultissimum est et hereticum est. 2. ideo s. Th. sic docet quod magister noluerit hoc dicere.

2. concl. sententia magistri huius regulae est velut omnes scholastici est falsa. vera sententia est quod charitas est habitus creatus quem infundit animae nostrae quo mediante diligimus deum super omnia. probatur 1. ex ratione s. Th. omnis activa potentia ad producendum actum debet esse perfecta per aliquam formam et qualitatem quae sit principium producendi actum ut videmus in naturalibus. sed voluntas nostra est potentia ad producendum actum ut videmus in naturalibus. ergo debet esse perfecta per istam qualitatem tentam activa ad diligendum. 2. debet esse perfecta per istam qualitatem infusam per quam producat actum quidem opposit itemque in memoriis operibus quae sicut in operibus naturae. Probatur quia aliquando operationes producuntur actuo quaelibet agentibus ut sit perfecta operatio utrumque agens debet esse perfectum v.g. si architectus cultro producit effectum oportet ut effectus sit perfectus quod architectus sit perfectus ex parte etiam instrumenti sit perfectum. sed dilectio dei super naturalis producitur ab spiritu sancto qui est agens superior et ab anima nostra tamquam ab instrumento tamquam agente quo ut dicitur videlicet ab anima nostra tamquam per effectum spiritus sancti. ergo est perfectio sit perfecta debet utrumque agens esse perfectum spiritus sanctus est perfectus quod anima nostra debet esse perfecta per habitum infusum.

P. actus diligendi deum super omnia est elevatissimus et excedens totam naturam animus nostre et facultatem ergo ut fiat ille actus proportionalis oportet quod elevetur anima per habitum super naturalem. P. magister sententiarum fatetur aliis supernaturalibus concurrit virtutes supernaturales ut fidem infusam ad credendum et spem ad sperandum et dicat quod sint necessarie ergo multo potius debet poni charitas infusa oportet quoniam actus dilectionis magis est elevatus aliis.

S. consl. tempore magistri. ista sententia tantum erat falsa sed modo dico quod est erronea aut certe est periculosa et multi proxima errori hoc ego probavi latius. s. q. 6. ar. 1. ubi egimus de virtutibus esse habitus infusos illi requirere. solum dico quod expresse definitur in concilio tridentino sessio 6. c. 7. et in canone 11. definitur quod charitas est aliquid inherens animabus nostris.

Est dub. circa illud quod dicit s. th. in litera quod actus charitatis in nobis est promptior et facilior et delectabilior quam actus alicuius alterius virtutis propterea maxime indigemus habitu infuso. Videtur hoc esse falsum patet. quelibet virtus producit actum suum prompte firmiter et delectabiliter et virtus que est intensior producit actum firmiorem promptiorem et delectabiliorem ergo non debet tribui hoc peculiariter charitati. P. amicitia humana et charitas acquisita habet firmiores intensiores et faciliores actus quam virtus charitatis infusse ergo falsa est sententia sancti thome. ans. patet si aliquis exerceatur in actibus charitatis acquisite ut visitare egrotos conferre elemosinas carens charitate infusa est debilis est facilius et sentit promptitudinem in istis operibus. et si talis recens baptizatus cum infusa fuerit gratia et charitas infusa non tamen se exercuerit in operibus charitatis non sentiet tantam promptitudinem ergo maior est inclinatio charitatis acquisite quam infuse. Sed dico quod sententia s. th. est verissima quod inter omnes virtutes morales non est aliqua que sit promptior firmius inclinet quam charitas infusa et idem dico de actibus. probatur virtus que prestantior est et perfectior in sua natura habet maiorem inclinationem ad opus quam virtus minus perfecta sed charitas infusa est prestantior aliis virtutibus ut docet apostolus 1. corinth. 13. ergo ipsa est que promptius et delectabilius operatur. P.

 422

3. charitas inter alias virtutes hoc peculiare habet quod ut in essentia inclinatam suam est amor, amor autem est primum fundamentum et radix omnium inclinationum quae sunt in homine ut ait August. in confessio. amor meus pondus meum, illo feror quocunque feror, ergo charitas licet sit mediocriter intensa inclinat promptius et delectabilius quam aliae virtutes licet sint intensiores. Et inter omnes amores qui sunt in nobis amor primus summi boni tanquam est fortior et vehementior est aliis. de hoc amore legimus cant. 8. fortis est ut mors dilectio dura sicut infernus emulatio quia adeo fortis est quod nos facit exponere in tam periculo pro Xº. et ipsi in [illegible] i. 2 [illegible] est fortis quia facit perfecte durus sicut infernus. Ex hac ratione facile patet solutio ad primum. ore.

Ad 2. Ad quistam charitas infusa licet habeat in nobis maximam inclinationem ex natura sua solum potest impediri ex parte subiecti propter passiones et quia charitas aquisita destruit passiones et actus per quos ipsa charitas aquiritur propterea experimur nos magis promptos per illam quam per infusam. Ad 3. Ad quistam experientia facit pro sententia s. th. quoniam videmus multoties quod homo impeditus multis peccatis et passionibus quando incipit esse bonus christianus deus infundit illi gratiam et charitatem facillime omnia vincula peccatorum rumpit amor Xi. ergo [illegible] ut ait d. Hieron. in epistol. ad heliodorum. hoc tamen potest facere charitas aquisita per longum tempus.

Ar. 3. utrum charitas sit virtus. R. affirmative et amor est virtus

In hoc art. Est dub. circa illud quod dicit s. th. solutione ad 1. utrum amana amicitia qua bene facimus amicis sit proprie virtus saltem temperantia et aliae. Et eadem dubium est quod dicit Arist. 8. ethicorum. c. 1. [illegible] quies dicere amicitia ait quod est virtus aut saltem non est sine virtute ubi non audet definire quod sit absolute virtus. et videtur quod non sit virtus distincta ab aliis virtutibus moralibus. patet amicitia habet pro fundamento alias virtutes morales quia aliquis gaudet de bono virtutis et gaudet de illis propterea naturaliter inclinatur ad diligendum hominem probum ad quem [illegible] quod habeat alias virtutes et gaudent [illegible]

P. amicitia presupponit in homine quem diligimus probitatem et virtutem sine qua non potest esse vera amicitia. Secundo videtur esse contra rationem virtutis quod requirat honestatem ab extrinseco. P. arguitur fortius si ego diligo aliquem honesta amicitia et bonum aliquo corrumpatur et fiat malus continuo mihi desinit amicitia quia amicitia dicitur redamatione in utroque extremo quae non est quia alterum extremum caret virtute et probitate. Quod non contingit. Patet quia virtus nunquam corrumpitur per aliquid extrinsecum cum neque possit ... in vitio ... alterius. Propter istas rationes ... in disputatis de virtute q. de charitate ar. 2. tenet quod amicitia non est virtus peculiaris et distincta sed est inclinatio quaedam quae ... ex aliis virtutibus ad diligendum alterum probum et studiosum. Idem definit in 3o sen. d. 27. q. 2. ar. et hoc tenet Capreolus eadem d. q. 1. q. 1. Sed contra hoc est quod gravissimi philosophi consentiunt istam amicitiam honestam esse praeclarissimam virtutem inter omnes morales Cicero in lib. de amicitia ait solem demundo ... tollere videntur qui amicitiam de vita tollunt qua a diis immortalibus nihil pulchrius aut melius habemus. Seneca lib. 1. epistola 9. ait quod quamvis sapiens solo seipso contentus sit ... philosophus habere amicum cum quo exerceat amicitiam ne tanta virtus iaceat et definit quod pro ista amicitia conservanda debet aliquis homo morte oppetere. Et probatur ratione. Inter officia quibus ... pendimus ab amicis alterutrum potest esse excessus et defectus quia ad servandam in illis mediocritatem oportet statuere virtutem amicitiae propter sicut fit in omnibus aliis virtutibus moralibus. P. in voluptatibus et delectationibus atque utilitatibus quae utrique suscipiunt ab amicis et ... effectus et fructus amicitiae oportet statuere mediocritatem per aliquam virtutem sed hoc non videtur posse fieri nisi per virtutem amicitiae quae illa est ponenda. P. omnis actus laudabilis qui habet aliquam specialem difficultatem necessario requirit aliquam virtutem unde praesumitur sed continere ... et cum illo delectari illum ... pro

Marginal notes (left margin):

in virtus se ipsa contentus est.

ad diligendum bonum per rationis sive immediatio non requiritur nisi prudentia et sic est aliis virtutibus ... diligendum bonum virtutibus quod est in omnibus moralibus sufficiunt virtutes ... abs... amicitia ... diligendum amicum non ... amicitia ... quia ... aliis amicum propter bonum virtutibus ... ipso videntur ... sufficit ad diligendum bonum virtutibus illo sufficit et ad ... diligendum illum ... alius ... diligere ... propter bonum virtutibus

ita ut neque si sit adulatio neque fictio testis est, atque etiam dispositio quae requirit virtute unde procedat. Ad hoc dub. R. 1° quod amicitia honesta quae habet pro fundamento virtutem et honestatem morum inter humana bona est optimum et praestantissimum bonum. Ita dicunt omnes philosophi morales Arist. 8. et 9. ethicorum maxime laudavit, et Cic. lib. de amicitia et de hoc nulli dubium. 2. dico quod est dub. utrum amicitia sit distincta virtus ab aliis virtutibus moralibus et patet quod est dubium ex rationibus utrimque adductis, propterea in ipso est problema est. Caiet. 3. tom. 2. 2. ad 1. non solum exposuit, sed definit, sed relinquit utrumque probabile. Sed tamen sub est certe quod est homini praestantissimum est aliquis mores operatione ad proximum, certum tamen sit virtus distincta nihil refert.

Ar. 4 utrum charitas sit virtus specialis. R. affirmative.

In hoc ar. est dub. utrum charitas in ipsa sed in multitudine remissa etiam in minimo gradu sit dicenda virtus absolute et simpliciter, antequam operetur quod sit intensa. v.g. restringit aliquem a peccato per contritionem ut in multitudine remissa et sic deus infundit multitudinem remissam charitatem utrum sit virtus. Et videtur quod non sit virtus absolute et simpliciter. patet aliae virtutes morales non dicuntur simpliciter virtutes quousque sint in gradu perfecto vel temperantiae vel heroico, quod similiter charitas remissa non est simpliciter virtus nisi habeat operationem in intensam. P. quando sunt passiones in subiecto vehementes quae adversantur ipsi virtuti, illa virtus non est censenda nomine virtutis cuius evidens est manifesta quod pro illo tempore non potest producere actum firmum et facilem et delectabilem quod requiritur ad rationem verae virtutis, sed debemus expectare quousque passiones expellantur et virtutes radicentur in subiecto quando autem charitas in ipsis non est perradicata in subiecto hinc sunt passiones in subiecto quae adversantur ipsi charitati, quod pro illo tempore non est dicenda virtus donec sit in gradu temperantiae expulsis passionibus vel etiam in gradu heroico sicut fit in aliis virtutibus moralibus.

R. quod quaelibet charitas remissa etiam illa quae habet minorem intensionem absolute et simpliciter est appellanda virtus. probatur charitas minima nihilominus est amor ex quo qui ... credit omni

paratum ad expendendum omnia bona propter deum charitate vincitur, sicut legimus cantic. 8. fortis est ut mors dilectio. quaelibet dilectio quae est virtus quae se cognoscit praestantissima virtutum. Probatur quaelibet charitas etiam minima sufficit [illegible] a peccatis et copulat nos et unit cum ipso deo et facit opera [illegible] virtutum meritoria et virtus ordinat operationes aliarum virtutum in finem suum ultimum et supernaturalem. Instante omnia sunt officii et muneris [illegible] praestantis virtutis. Quaelibet charitas attingit ipsum deum summum bonum et beatitudinem. Quaelibet charitas est virtus absolute et simpliciter. Patet consequentia quia quomodocumque attingat tamen obiectum est maximum et praestantissimum opus.

Ad secundum. Ex quo malis virtutibus moralibus ita fit quod non censentur virtutes simpliciter quousque consentiant ratione obiecto et expellant passiones quae non possint habere perfectum opus, sed minima charitas sufficit habet ingenium praestantissimum maximum omni et operabitur dilectione.

Est aliud dub. circa illud quod dicit s. Th. quod obiectum charitatis est summum bonum quatenus est nostra beatitudo. Scotus in 3. sent. d. 23. q. 1. ar. 2. tenet oppositum sua sententia est quod obiectum charitatis est deus sub ratione deitatis quatenus in se est summum bonum et ab his hominibus nunquam ex illo esset proventurum aliquod bonum aut beatitudo. Probatur bene. Primo charitas est virtus theologica et praestantissima virtutum quae respicit deum sub praestantiore et excellentiore ratione. Illa vero est ipsa deitas et bonitas quae est in ipso deo et non beatitudo quam nobis tribuit. Quia si charitas respiciat deum quatenus est nostra beatitudo sequitur quod non sit amor amicitiae sed potius concupiscentiae quia diligeremus deum pro bono nostro et nostra utilitate contra [illegible] falsum. Probatur sequitur quod quae sequeretur quod charitas et spes nihilo differrent. Probatur sequela quia spes fertur in deum quatenus est bonum nostrum et debet a nobis [illegible] possideri, quod autem est sunt [illegible] quae illae sint distinctae virtutes.

Pro explicatione notandum quod quando dicit s. Th. quod summum bonum[illegible]

boni beatificum non vult dicere quod finis per se tuo diligendi deum est beatitudo nostra in qua nos consequimur, ut intelligit s. Th. sic n. charitati formam constituunt illud esse finem. Sed quod dicat s. Th. iuxta explicationem Caiet. sic est quod ipse deus quatenus in seipso summum bonum est supernaturale obiectum est obiectum nostrae charitatis, et appellat bonum et obiectum beatificum quia sub illa ratione beatificat homines quatenus est summum bonum et supernaturale, ita ait Ioan. 1. cano. c. 3. cum apparuerit similes ei erimus quia videbimus eum sicuti est, i. sicut est bonum summum et supernaturale. Ad dicitur quod intellectus quatenus summum bonum beatificum intelligit s. Th. aliquid magis et quatenus fundat. dico n. quod s. Th. supponit quod omnis amicitia fundatur in aliqua communicatione alicuius boni v. g. amicitia politica fundatur in communione civitatis, et dicit quod s. Th. quod ista charitas infusa habet pro fundamento communionem eius de natura et eiusdem beatitudinis in qua deus nos gratiam suam nos elevat in consortium naturae suae et in perfectionem ac vitam perfecte infinitam inde provenit quod nos diligamus deum quatenus in se est summum bonum et supernaturale et beatificat quo nos facit beatos. Dicat s. Th. quod inde provenit charitas quod illud est eius fundamentum, et non dicat s. Th. quod dilectio fertur in deum quia est nostra beatitudo ut quod iste sit finis charitatis.

Ar. 5. utrum charitas sit una virtus. Est affirmative.

Concl. huius ar. est apud omnes theologos receptissima. et probatur. Primo in amicitia humana eodem amore quo diligo amicum diligo quidquid ad eum pertinet sic eodem amore quo diligo deum diligo proximum propter eum. 2. ubi non est in obiecto specialis difficultas et diversa ratio boni non oportet multiplicare virtutes sed qui diligit deum ista charitate sine aliqua difficultate diligit proximos &c.

Est hic dub. quod videtur sequi ex hoc quod sola charitas infusa sit sufficiens ad implenda omnia praecepta legis et quod nulla alia virtus sit necessaria. patet prima quia charitate diligimus deum efficaciter &c.

per eandem facile potest homo implere precepta legis que nos ordinant in ipsum ut s. quod sit homo temperatus fortis et alijs virtutibus [illegible]
P. per charitatem in [illegible] diligimus efficaciter proximos, quare per eandem possumus implere precepta in ordine ad proximum ut non furaberis non occides et. P. arguit ex illo Rom. 13. qui diligit proximum legem impleuit nam non occides non adulterabis et si quod est aliud mandatum in hoc uerbo instauratur diliges proximum tuum sicut te ipsum et tandem concludit plenitudo ergo legis est dilectio
Et tamen quod preter dilectionem dei et proximi oportet habere alias virtutes ad implendum precepta que nos bene ordinant cum deo vel cum proximis et ratio est quia vna eadem charitate diligimus deum et proximum quia utraque est dilectio formaliter sed a. [illegible] virtutum non sunt formaliter dilectiones sed differunt per. diversa obiecta ideo oportet habere alias virtutes circa illa obiecta. P. virtutes morales que sunt in appetitu sensitiuo ponuntur ad frenandas passiones ut appetitus pareat rationi et charitate non potest [illegible] habere ad charitate quare preter charitatem oportet habere alias virtutes P. virtutes que sunt in voluntate ut iustitia habent obiecta distincta circa que versantur iustitia habet pro obiecto reddere unicuique quod suum est quod est distinctum ab obiecto charitatis quare debet esse virtus distincta a charitate dico tamen quod charitas ordinat hominem ad omne opus necessarium siue erga deum siue erga homines ideo oportet habere alias virtutes ut charitas [illegible] et faciliter ordinet hominem in suum finem.
Ad auctoritatem pauli dico quod intelligit quod omnia opera aliarum virtutum pertinent ad charitatem imperatiue non autem elicitiue et sic charitas legem implet

Ar. 6. vltim

1. con. Charitas antecedit omnes virtutes morales. 2. concl. Charitas est prestantior alijs virtutibus theologicis. ratio s. th. est elegantissima
Notandum quod q. s. th. est de spe patet. 1. corint. 13. nunc autem manent fides spes charitas maior autem est charitas et ad colos. c. 3. postquam dixerat paul. multa de alijs virtutibus illas commendando dicit

ait sup hę commia charitatem habete Ap. 1. timot. 1. finis praecepti est charitas de corde puro &c. Sed lutherus impudentissimus hereticus dicit q fides est praestantior charitate et propterea fidei tribuit justificationem et adducit multa loca scripturae in quibus maxime commendatur fides sed de hoc videndum est apud Roffensem lib. contra luth. ar. 1. et 15. Sed dico q multa sunt loca quae tribuunt justificationem fidei debent intelligi sicut explicat paul. ad galat. 5. de fide viva quae per charitatem operatur. tota n. efficatia fidei est a charitate et Jacobi. 2º. dicitur q sicut corpus sine anima mortuum est ita fides sine operibus charitatis mortua est in semetipsa deinde q totius ... epistola Jacobi. et 1. canonica Joannis. tribuit efficatiam fidei ex charitate qua operatur.

contra istam conclu. est argu. martyrium est actus perfectissimus inter omnes actus virtutum sicut ait Christus Joan. 15. maiorem hanc dilectionem nemo habet &c. sed martyrium est actus elicitus a virtute fortitudinis et solum imperatus a charitate ergo fortitudo est virtus praestantior. 2º. patet quia ex actibus elicitis et non imperatis debemus pensare perfectionem virtutis. Praeterea martyrium delet omnem culpam et penam sicut bap. propterea n. dicitur bap. sanguinis sed charitas non delet penam nisi adiuncta ~~charitate~~ penitentia ergo actus martyrii est praestantior actu charitatis et ex consequenti fortitudo est praestantior charitate. Praeterea arguitur contra rationem s. th. probat n. q charitas est perfectior ex eo q nos deo coniungit. voluntas non stricto potest ferri in obiectum magis quam intellectus sed in ista vita non possumus cognoscere deum sicuti est quia cognoscimus illum per species rerum sensibilium ergo neque voluntas potest diligere deum quam potest nisi admodum imperfectissimo modo quia cognitio est imperfecta

Pro solutione est notandum q licet una virtus sit perfectior altera non oportet q quilibet actus virtutis perfectioris sit melior et perfectior quolibet actu virtutis imperfectioris v. g. justitia est perfectior temperantia et tamen perfectissimus actus temperantiae est perfectior minimo actu justitiae unde debemus comparare virtutes secundum totam latitudinem et comparare actum praestantissimum unius cum actu praestantissimo alterius et ita conferre illos inter se in quo sensu dicimus q charitas est praestantior omnibus aliis virtutibus quia praestantissimus actus charitatis est perfectior et melior praestantissimo actu cuiuscumque alterius virtutis sive moralis sive theologicae

Ad. 1. Rx quod licet martyrium sit prestantissimus actus fortitudinis tamen charitas habet aliquem prestantiorem actum martyrio v.g. beatam virginem habebat aliquem prestantiorem actum charitatis quam martyrium laurentij aut alterius sancti. 2. dico quod actus martyrij habet maximam perfectionem non a fortitudine a qua elicitur sed magis a charitate a qua imperatur et hoc est quod dicit evangelium maiorem hac dilectionem nemo habet ut animam suam ... commendat quod est indicium charitatis quam nemo habet qui pro ... moritur vnde dico quod si martyrium a sola fortitudine eliceretur et non imperaretur a charitate non esset actus tam illustris. ita ait Paul. 1. ad corin. 13. si tradidero corpus meum ita ut ardeam charitatem autem non habuero nihil sum

Ad. 2. Rx similiter quod iste actus martyrij habet vtrumque s. et remittit culpam et penam quatenus est imperatus a charitate. sed tamen remittit actus ... culpam et penam quatenus est actus fortitudinis et ... opere ... alterius loci questio ...

